

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quois anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Pars Tertia. Objectiones, & Excusationes refutantur, Quæstiones  
explicantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](#)

# GAZOPHYLACIVM

## CHRISTI

### PARS TERTIA.

Objectiones & Excusationes refutantur; Quæstiones explicantur.

#### CAPVT I.

*Avaræ tenacitatis contra Eleemosynas objectiō-  
nibus refondetur.*

**R**ex Angliæ Osvaldus & Aidanus Praeful ipso Paschatis die ad prandium una confederat, jämque ferula mensa illata manus expectârunt, cùm famulus, cui circa pauperum commissa, sudans advolat, & Regi in aurem dicit: Ingentem pauperum multitudinē, & majorem quam alia unquam, in plateis vociferari & stipem polcere. Rex pientissimus non morosè deliberauit: Hæc omnia, inquit, que in nostram mensam parata sunt, tolle, & una argenteum hunc discum, cùmque cum eibis inter pauperes, ut potes, divide. Aidanus regis tam exporrecta & luxuri beneficentiā delectatus, & simul regiam dextram reverenter contingens: Hæc dextera, inquit, numquam putrefact. Vox evētum certum habuit. Rex quidem in bello extinctus est, at manus regis haec tenui immorbi, & tabis exempta in argentea cistula Deb̄ga in beati Petri templo affervat teste venerabili Beatae Eleemosynæ immortalitatem conferat.

De eleemosynis jam suprà diximus. Quare, & Quomodo sint dandæ; restat ut objectiones, excusationes, & quæstiones circa eas explicemus. Initium huic rei dabimus hoc capite, quo diversas objectiones, suo quamque responso refellemus.

#### S. I.

**O**bijiciunt primò. Frequentes eleemosyne rem familiarem & censem minuant. Ut ut sit, ajunt, marfupium in tot partes secare, jam pistori, jam sartori, jam lanionii, jam sutori, jam & mercatori, modò fulloni aut textori, modò magistratui, modò alijs partē præscindere, suam insuper egenis partem facere, crumenam nimium convellit; interit flumen in tot riuulos diductum. Ad hac promptè Augustinus: Minuitur census, inquit, sed augetur justitia. Laudas mercatores, qui vendit plumbum, & acquirit aurum; & non laudas mereatores, qui rogat pecuniam & acquirit iustitiam? Illud quinuitur quod reliturus es, illud augetur quod in aeternum posse stiteris.

Non igitur hic fructu trepidemus. Scimus immunitiōnem sanguinis sæpiissimè augmentum esse salutis. Quod in philosophorum Scholis tritissimum: Unius corruptio, alterius generatio; hæc longè verissimum est: quod decedit nummis, accedit animo & bonis æternis. In plurimis id utilissimum fieri videmus. Ruinosus domus diruit, & ædificatur templum: infinita vis lignorum comburitur, sed inde calcem, inde lateres, inde saltem & vitra, inde cibos & victum habemus. Artificiosissimum lucri genus est, perdere ut acquiras. Ergo aliquid nummorum perde, ut regnum æternitatis obtineas.

Objiciunt secundò: Quæ alii dabinus, cùm nobis ipsis Tom. II.

**A**desint necessaria? Enimvero unusquisque sibi proximus est. Si facultas dandi suffpetat, & huic, & isti, & illi dabo, prius tamē mihi, nam & ego paupertatis ollulas lambo. Germanus verbum est, cùm in mendicos benefici sunt mendici, applaudunt omnes Angeli. Darem omnibus, inquis, & libertissimè dare, sed dandi facultas deest. Chrysostomus multorum frigidissimas excusationes cruciè refutat: Sed dicet de mediocribus Chrys. 10. 9. aliquis, ait. Ego misericordia instanter iuparem officia, ego de duabus inopes paucem, genos soverem, nudos vestirem, ego pauperibus necessaria viciū impenderem, si mihi copie reaudirent. pag. 790. C. At cùm mihi necessaria desint, cur dandi sterilitas imputatur? hom. 2. ad. Sed audi quisquis hoc loqueris; & excusandi ansas, quas obtendis, omittis. Nullus miser est, nisi qui misereri noluerit: quia nec quisquam misereri desiderans poterit non habere quod tribuat. Non enim misericordia definita sunt pretia. Vidua Eliam ex modico pacit, & idipsum quid habuit, finiri non potuit. In Evangelio minutum vidue dixitum opulentias vicit. Provocari, Christiane, provocari. & à viduâ in certame deducere. Et ne posst quisquam eon habendi excusatione purgari, gratuita Gratias, misericordia inducuntur officia, ut ostendat ut Dominum etiam officium est, ipsi paupribus operandi impostisse oſequia. galicem fratrem, gida portæ, gere, agro, n vel alium in carcere in carcere constituuntur constitutur, visitare.

Subinde pauperes sumus, sed nostro vitio, quia rem familiarem malè administramus, vix quidquam con filio & ratione gerimus, parsimoniae nihil adhibemus, nec frugem facimus. Hic illud Græci Rhetoris usurpem. Ilocrates Rhetoricae præcepta traditurus adolescenti supra modum gallculo: Mi adolescentis, ajebat, prius tacere, dein loqui discamus. Ita his, qui rem familiarem corrumpunt, insufurandum in aurem: Discamus prius comparcere, & non erit difficile largiri; nec etiam quod largiamur deerit. Verum sit aliquis, qui hoc æra quidem minuta duo possit egenitus impendere, huic beatus Leo solatium affundens: Aequaliter, ait, plerunque merito, quod distat impendio, quia potest esse par animus ubi impar est census. Novit Dominus vires & facultates omnium. Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. *Lod serm. 5. de fœjano. Tab. c. 4. v. 9.*

#### S. II.

**O**bijiciunt tertio. Servamus liberas nostras, aliisque plura 3. Obj. & promissus daturi. Responsum hic multiplex: 3. Obj. Primum: Hic error in plurimis obrepit: pleraque omnia ad rationem humanam exputamus, causas trivolas convolvimus, & divinæ providentia nihil permitimus. Atqui, ajunt, miracula non sunt postulanda. Rectè hoc quidem, sed en quām imperitè arguementemur, & ita earnes, cascum, pisces, pulmenta & olera miscemamus. Longè aliud est miracula flagitare, aliud divinam providentiam adorare illustri fiduciā: illud ab instinctu evidenti proveniat necesse est, quod ratissimum; hoc semper & in rebus omnibus exercendum. Alterum responsum est: Idem in pecunia, quod in vindicta licet observare. Si nos ipsi nostras injurias uliscamur. Deum fore ultorem ne speremus. Tali di-

xerit Deus: Tu ipse tibi sat fortis & potes es, nec meā eges operā: ita proflus, si pecuniam lubitu nostro congeramus, curemus, expendamus, nec divinam providentiam magnoperē attendamus, Deus meritō nobis dixerit: Vos ipsi prudentes etsi economi, & in rem vestram vigilatis, nec meā indigetis administratione; Itē, curate res vestras, servate liberis; ego me vobis no-lentibus non ingeram. Sed exitus docebit, quām fatua fuerit vestra prudētia, sine meā providentiā: mā vostro sapientis, sed sero.

**Parentes**  
ut liberos  
virtute di-  
vites relin-  
quant de-  
bent cu-  
rare,  
  
Quisquis à divinā providentiā non totus penderit, si bi ac suis stultissimè providet; in aere miser adificat, sed adificium illud prius corrueat quām furgat. Prima parentum cura sit, quā ratione liberos non aere, sed virtute divites, eruditio potius quām ueste cultos relinquunt. Contrarium fit, sed in liberorum & in orbis perniciem. Quamprimum namque liberi nummos olfaciunt, & incipiunt non nescire se divites esse, plerumque in litteris parum proficiunt: si urgeantur à magistris, audent dicere: Libri me non alent. Imò & ipsi stultissimi parentes, quō molliū habeantur filii, dicere non verentur; Non cupimus eos fieri literatissimos, non utriusque juris scientissimos.

Hoc proflus est rudes asinos ad lyram admoveare, nolle tamē uir lyram perire discant tangere. Fiet omnino quod optant; votis suis non extinent. Ita parentes prospiciendo liberis nihil proficiunt; his adiumentis nocent. Nam dum eis opes, simul & viaticum nequitię atque interitus relinquunt, & ita eos cū curā in præcipitum impellunt: imò, ut Chrysoftomus loquitur camino ardentis oleum addunt, dum filiorum via divitias accendunt. Amplum patrimonium filii sepiissimum vñctum, libidinis fomesum, flagitorum instrumentum, & largus ad inferos commecatus est. Quantò melius illi viri misericordiae, quorū pietates non deserunt, cum semine eorum permanent bona? Non paucum opes quotidie sic evanescunt, ut de iis tertius hæres non gaudeat. Hoc malū plerumque ab avarā manu est, quæ sibi ipsi subtrahit, dum pauperes excludit.

**Chrys. 10. 5.**  
Chrysoftomus hanc parentum fatuam parsimoniā crebriū perstringens: At, inquires, ait, infans pop. mischi pag. 305. & seq.  
  
Deum tu-torem re-linqueret,

Aug. in ps. 125. mischi pag. 602.

At, inquires, ait, infans pop. mischi pag. 305. & seq.

Deum tu-torem re-linqueret,

Hæc cadem Augustinus adfluentes, & Babyloniam confusione matrem aspiciendā monens: Vide, inquit, si non est coniunctio tota vita humana. Quidquid agunt homines in spe vanâ, cū cognoverint, quid agant, erubescunt. Quare laborant? cū laborant? Filii mei, inquit. Et ipsi cuius filii suis. Et ipsi quibus? suis etiam filii. Nemo ergo sibi. Nemō pauperibus. Notissima plurimā cantilena: Servo filii. Imò servas lēpe muribus & tineis, lēpe canibus & parasitis, lēpe chartulis lusoris, abacho & tessellis servas, quod dandum est regis. Eleemosynæ tuæ non depauperabunt filios tuos.

**Cyprian. e-  
rat de opere  
& eleemo-  
syna.**  
  
Quod Cyprianus uberrimè confirmans: Illa vidua, inquit, non filii abstulit, quod Eliē dedit, sed magis contulit filii, quod pīe ac benignè fecit. Non filios mater in fame & necessitate preposuit Eliē: quin imò effurrentibus liberis alienus amē pascitur, nec in penuria prius est a quām misericordia cogitur. Si ergo verē filios tuos diligis, si eis exhibes plenam & paternam dulcedinem charitatis, operari magis debes, ut filios Deo justā operatione commendas. Nec cum liberis tuis cogores

A patrem, qui & temporarius, & insirmus est, sed illum patrem pares, qui aeterni, & firmus, filiorum spiritualium pater est. Illi assigna facultates tuas, quas hereditibus serves: ille sit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes injurias seculares divinā majestate protector. Patrimonium Deo creditum nec Est hereditatis publica eripit, nec fiscus invadit, nec calumnia aliquā fo-ribus paternis exortatur, in tuto est hereditas, quae Deo custode servatur. Hoc est charis pignoribus in posterum providere, hoc est futuri hereditibus paternā pietate consilere.

Magnum filii patrimonium, eleemosynæ parentum. Multos equidem vidi, ait, Theologus Hispanus, di-Benedic vitam & avarorum parentum filios, quibus amplissima ob-Fernandus venerant patrimonia, brevi tempore ad tantam redactos mi-tom 31a, seriam, ut nec famulū quidem, sed nec panem haberent, tam 37. Gen-inglorii quām inopes. Cum contrā multos etiam viderim pau-mis 539. peribus benignos, quotidie magis ac magis locupletari, & illo-rum solum fortunis & titulis abundare.

### §. III.

**C**Vm igitur testamentum condis, quisquis es, te ipsum primò hæredem tibi constitue, & principem curam animi tuigere. Hic iterum Augustinus: Quid, ait, ipsi filii? Et ipsi servant, quod eis reliquerunt parentes. Parum est, quia servant, etiam augent. Sed quibus & isti servant? Filii suis & illi filii, & tertii filii. Quid Christo, quid anime tuæ omnia filii. Inter filios suos, quos habent in terra, computet unum fratrem, quem habent in celo; cū totum dare debebant, vel dividunt cum illo. Ne illis eveniant, quod David Rex premonet. Et reliquint alienis divitias suas. Quid nō, inquit Augustinus, alieni sunt filii? Qui-cumque tibi in tribulatione subvenire non possunt, alieni a te p. 48. facti sunt. Iam attendamus illos divites, qui male vixerunt, v. 11. qui superbe egreverunt, mortui sunt, & reliquerunt non dico ext-  
raneis, sed filii suis reliquerunt divitias suas, & filii ipso-rum viam parentum suorum sequuntur. Sicut illi superbi, ita & isti, sicut illi rapaces, ita & isti: ut illi avari, & isti; alieni ab illis sunt. Quid tibi diceret dives? Habeo quinque fratre-s, unum fratrem mihi amicum non feci, qui jacebat ante januam. Illi mihi fratres subvenire non possunt, qui possident divitias meas, alieni à me facti sunt.

Eos igitur hæredes scribe, illos tibi amicos concilia, quæ posse recipere in aeterna tabernacula. Ad hoc Chrysoftomus luos gravissimè cohortatus: Ne perda-Chrys. 10. 5. mus, inquit, presentis vite occasionem. Licit enim, licet, in hom. 21. quam, ut ad extrema usque suspiria Deo gratias agas, licet ut mibigas, & ab ipso testamento commanderis, et si non quemadmodum, 139. & 19. si dum vivis bene ageres, licet tamen. Quo pacto? si cum nec-  
faria tua Christum scribas hæredem. Non eum vivens pavisti, in op. 10. 4. 10. saltem migrans, cū non es dominus ultra, da tuorum partem, cohæredem cum tuorum institue filiorum. Si autem & Rom. 13. hoc negligis, cogita, quid pater ipius te fecit ejus cohæredem, & inhumanitatem dissolve. Quam enim habebit excusationem si neque filiorum tuorum confortem facias, qui te celorum par-ticipem fecit, & proper te occulus est, & hec omnia non debi-  
z. 184. 9. sum reddens, sed gratiam exhibens fecit. Sed sum quidam tam miseri, qui filii quidem carentes, hoc amen facere non suffi-sent, sed parasiti & assentatoribus, vel illi, vel isti sua diffi-buere malunt quām Christo. Quibus quid esse posuit solidum? Qualem enim veniam hujusmodi consequentur, quod eum vi-ventes non paverint, ad Deum verē migratur nec ex pecuniis, quarum non sunt amplius domini, vel minimam ei partem largiri velint: sed tam hostiliter & iniunctice gerant, ut nec de iis rebus, quarum uju jam desituantur, ei contribuant. Melius quidem est, & multam præbens securitatem, si unius paupertati adjuges. Sed si id efficeri nobis, saltem moriens aliquid fac generosum.

Sunt divites, sed eorum paucissimi, qui testamentum componunt in hac verba: Hæres meus ex adest Christus. Porro ad hercifundam hæreditatem, ista ut illa familia religiosa, isti aut illi pauperes Jesus habento. Hi tales testamentarii cognatis non egenis nihil adi-  
munt, & sibi plurimum consulunt.

Vanilli-

# De Eleemosynâ. Pars III. Cap.I.

187

Vanissimè illi agunt, qui potius sui post se memoriā relinquerē satagunt, quām aliis prodele cupiunt. Ridiculè ac stultè. Nam sepe laudantur, ubi non sunt; ubi sunt, cruciantur.

Quicunque testamentum conscribitis, & suprema vestra ordinatis, has obsecro vanitates & infantias falsas ab iis proscribite. Dominum I e s v m saltem in hæreditatis partem admittite; quo loco melius pecuniae locentur, considerate; ubi gravior paupertatis necessitas est, eò brachium argenteum extendite: Date, quod suprà monimus, prudenter & circumspœcte. Cujus rei monebit narratio, quam adjungimus.

*Jan. Mose. in prat. sp. r. c. 101. mibi pag. 131.*

Constantinopolim ibam, dicebat quidam prisco- rum Patrum, cūque jam in templo federem, vir il- lustris ingressus me humanissimè salutavit, & assidens interrogare cepit compluseula, quæ ad animi salutem pertinebant. Ego dicas in compendium collaturus: Cælum, inquit, non facile amittunt, quicunque res terræ recte disponunt. At ille: Non male, ait, dixisti pater, nars verè beatus est, qui spem omnem in Deo figit, séque ipsi totum committit. Paren's meus tam à fortunis locuples, quām in egenos liberalis, die qua- dam mihi omnem pecunia præfensi apparatum & dignitatem monstrans: Mi fili, ajebat, dic ingenui, quid malis, has tibi pecunias, an curatorem relinquam Christum? Ego promptus: Mi optime pater, nihil licet præferre Christo, Christum malo. Hæc minui, hæc amitti, hæc eripi possum; Thesaurus inexhaustus, stabilis, sempiternus est Christus. Hæc pater meus audiens pecuniam pæne omnem in mendicantium centones abdidit. Sub exitum vitæ tenues omnino re- culas hæredi mihi reliquit. Hinc ego sine censu fortunæ inops in Christo tutore meo spem maximam col- locare ab ipsâ paupertate jussus sum. Erat autem civis opulentus & primi nominis, cui conjux pudica & fi- lia unica. Mater in filia connubium sollicita, mar- tum his verbis aggressa. Filia, inquit, nobis est unicæ & opes amplæ, quem ei virum indagabimus? si nubat diviti, sed parum prudenti & probo turbas & offen- siones domesticas habebit perpetuas. Indagemus igitur virum modestum, & bona mentis, qua vxorem magis amet quām uxoris pecuniam. Ad hæc maritus. Opportunum suggesti consilium, inquit, nec ego aliud sentio. Nam si nostra filia æquè diviti nubat, ille se dominum, & illa dominam se geret. Hinc utri- que accenderet luxus in odiu parsimonie. Sin eam diutori jungimus, generum habebimus imperiosum & filiam ancillam. Præstat igitur eam minus numma- to, sed modesto in matrimonium dare. Sed Deus nos- bis ante omnia exorbius est, ut virum quem querimus, inveniamus. Tu hoc age, & templum summo manu occupa, Dei favorē in hanc rem exposte, sed in- terim observa, quis primus templum subeat, sum for- san ille in sponsum designandus sit. Nec enim leye in- dicium est pietatis, tam maturum ad ædem sacram properare. Paruit mulier: dūmque illa precaretur in templo, ingressus sum ego primus. Mox in genus, in fortunas, in educationem, in mores meos indagatum est. Ego cuncta candidè aperui, parentem mihi fuisse opulentum, sed qui piæ liberalitatè non imprudens me pauperem fecisset. Illi ut hæc audierunt, adorata divi- na providentia siam mihi filiam nuptum dederunt cum grandi dote. Ita Christum tutorem meum longè optimum fuisse mihi jam compertissimum est. Hinc ego id unum assidue labore, ut patr̄is mei vestigia & piæ ipsius liberalitati tenacissime inhæream.

Hæc audimus, & Deo tamen neccum satis fidimus. Equis est, qui audeat similia? Filiis reverè præclarissimè prospectum est, si habeant in patrimonium Eruditonem & Virtutem. Arisippi sapiens consilium est, eo filios patrimonio ditandos, quod cum iplis enate-

A in naufragio. Tale Virtus est & Eruditio. Sic igitur serva filis, ut Christum Servatrem omnium non excludas ab opibus servatis.

§. IV.

**O** Bjiciunt quartò: Multi mendicarunt, qui liberalē Objec- mendicantibus stipem dederunt. Hanc objectionem ctio. Solymaeus Rex David potentissimè subvertens: Iu- Psal. 36. nior, sui, ait, etenim seni, & non viu justum derelictum, n c v. 25. semen ejus quærens panem. Sed obduncunt iterum: Iobus an non in eleemosynas effusissimus, an non pater erat pauperum? Et tamen mendicitatem extremam pal- pus, omnium hominum mendicissimus fuit. Lazarus integer & sanctus, Angelis tam familiaris, ut eosdem pro vespillonibus habuerit, & tamen quæsivit panem, Lac. e. 16. & non invenit; miculas è mensa defluas activit, & v. 21. nemo illi dabat. Rēspondemus, quod Iobum attinet, Resp.

**B** Divina providentia cum hoc viro lufum prorsus admirabilem lusit, ut in eo spectaret orbis universa Pa- tientia documenta. Nec tamen steriles fuerunt Iobi eleemosynæ, nam amissis omnibus recepit omnia, & quidem locupletissimo fœnere duplicata. Lazarus è conditione, & in eam sortem natus est, ut elemosynas potius acciperet quām daret. Quod autem regius psaltes de homine iusto pronuntiat, id interpretes ajunt, illi convenire, qui & magna integratissimè simul & piæ liberalitatis laudem ferat: Quod ipse Rex Da- vid significans: totā die, inquit, misericordia & commoda, Psal. 104. & semen illius in benedictione erit. Hic talis, qui totā die, v. 26. qui omni vita misericordia largitor est, largiendo ad inci- tas non devolvetur. Vos autem homines increduli cir- cumpspicte, quæso, num reperiatis quos eleemosynæ fortunis everterent; mōstrare fultis vel unicum quem pia largitas ad mendicitatem detruerit. At ego è di- verso plurimos, totas ego centurias eorum recitabo, quos pompa & luxus in egestatem deduxerit, quos immifericos parsimonia fortunis provolverit, quos inglivies & helluatio facultatibus exuerit, quos libido & luxuria ad paupertatem protracterit. In oculis oberrant, qui vestibus & cenis plus æquo sumptuosis facti sunt elegantissimi: digitis monstramus, quos de- pauperavit Venus: non desunt qui sua perdiderunt dum raperent aliena: non paucos opes malæ partæ ad inopiam expulerunt; plurimi mendicitatem obtulit divinæ rei neglectus. Res certa, & quod è cælo de- scendit oraculum: Eleemosynæ non pauperant.

Quod Chrysostomus alleverantisime dixit. Fieri Chrys. in epist. 2. omnino requirit, ut ea domus que pauperum miseratione fundata sit, mali quippiam patiar: in dī si quid fariè perpesta ad Timotheus, fuerit, melior eam eventus exciperit, idque erit familiæ ad domum pro clypeo ac hæsi. Calum & terra transibunt, verba autem Matt. e. 24. tem Domini non præteribunt.

**I**udocus Regum sanguine oriundus, sed Christi amore pauper, ad lumen habitavit cum fratre Wul- maro. Id autem viri sancto confutidinis & pæncle- gis fuit, nulli numquam pauperi desse. Cùm autem panis unicus quādam die superesset, eum in quatuor partes secari, & earum unam mendico porrigi iussit. Mendicus inediā confessus rediit secundum, in dī ter- tiū & quartū, & panem extremae fami petuit. Ni- hil negatum est; omnes pars partes abstulit. Hic Wulmarus angī nonnihil, & cum Iudoco expostula- re, sed modesto, omne prandium ablatum dicere, nec alios panes tam citè adferendos sperari posse. Iudo- cus hominem ad divinam providentiam erigens: Quæso te, inquit, bono animo simus, & meminerimus peniarum Dei arcum nondum exhaustam esse. Qui pascerulos & corvorum pullos enutrit, suorum uti- que non obliviscetur. Submittet Deus alimoniam ne dubita, aut ipsa nos fames pascer. Dixit, nec multò pōst ad fluminis ripam navicula duæ, annonam de- au Lippeloo. videntes

vehentes se sistunt, veluti rogarent hospitio admitti, & in penum mensamque exonerari. Admittit Iudocus, & cum socio gratias agit providentissimæ numinis largitati, quæ panem unicum hostimento longè amplissimo voluit remunerari.

*August. in Ps. 20. mihi pag. 223.* Hanc Dei munificentiam agnoscens Augustinus, inquit, Deus tibi de scripturâ suâ dicit, da, securus esto, reddam. Quomodo solent dicere fidei scilicet? Quid dicunt? Ego accipio, mihi das. Et quid inde habebus, dicturus es? Vitam æternam dabit tibi, da illi securus.

Quare non respicias ad Deum tuum? Vbi est fiducia? Quare sic dormit? Excita illam in corde tuo.

*Platina in viis Pontificis Tempore sua. mihi pag. 354.*

Narrant Baptista Platina & Dominicus Tempesta, Alexandrum V. Pontificem Romanum affectu in pauperes semper prouissimum tuuisse. Ed autem hic in eum amor effervuit, ut liberalissimus Pater vix sibi quidquam reliquum faceret, adeo ut maluerit vel etiam de quotidiano iactu suo detrahere, quam egenis non sua omnia impendere. Hinc solitus est dicere: Divites fui Episcopus, pauper Cardinalis, jam sum mendicus Pontifex. O virum verè maximum, qui in supremo solo non solum pauperes prolixissime juvare, sed etiam eorumdem amore paupertatem experiri non abnuit. Beatus vir, qui post aurum non abiit, nec familiam suam munieribus sacrâ satiat, nec è crucifixi Domini patrimonio cognatos ditavit: beatus, qui ut servaret, perdidit.

*Phil. Diaz. serm. Dominic. Palmarum.* Ecclesiastes celeberrimus commemorat, quendam præfulum ab oeconomico monitu, familiam ali nimis amplam, & quidem aliquos in ea reperi, quorum operam nemo desideret. Cui Præfus: Ergo, inquit, aliqui, solum è familiâ dimittendi, non omnes. At qui scias velim quid ego illos, quos tu retinendos censes, ideo aliam, quia opera illorum egeo, ceteros autem à mensâ ideo non excludam, quia illi agent opera mea. Quocirca tam istos quam illos retineamus, non ut pompam augeamus, sed ut eleemosynam. Ministramus igitur pecuniam, ut augeamus justitiam. Misericordiam totâ die, & semen nostrum in benedictione erit. Benignissimus Deus & nobis & posteris nostris providebit. Palliata & falsa virtus est parsimonia in eleemosynis.

## CAPUT II.

*Alii, que contra Eleemosynas objici solent, refelluntur.*

*Psal. 103. v. 14. & 15.* **H**ebreas psalmes præ aliis liquoribus cōmendans oleum: Deus, inquit, jumentis scenum; at panem, vinum, oleum hominibus producit; illa in cibum & potum, hoc in unctionem aut etiam in cibi condimentum: *Vt exhilarat faciem in oleo.* Frons namque hominis hilario est, cum cibum habet conditum & palato respondentem. Hinc prisci Monachi, Cassiano teste, ut hospites paullò laetus acciperent, clera subinde vel legumina condiebant oleo, cum aliquoquin hoc genus condimenti mos pauperimi viatū negaret. Ita facies hospitis exhilarata oleo.

Hieronymus in illud Psalmographi carmen: *Exhilaretur, inquit, oleo misericordie iustorum facies coram Deo.* Quicumque orbis judicem sereno ac hilari vulnu cupiunt intreri, nunc vultum oleo erugent ac nitident, guttus olearius assido liquore in pauperes stillet: dantis & accipientis facies exhilaranda. Sed unde nobis, ajunt, cella olearia, quæ perpetuis fluat fontibus?

Nimirum semper caussantur, non inertes tantum, sed & tenaces, ut capite superiori cœpimus expone-re. Sed supersunt plura, quæ objiciant; obrectationibus singulis, ut prius, respondebimus.

**T**anta quinto obiectum: *Cur Deus suos pauperes non pascit?* Modestè obsecro, ne querela in calum-niam & maledictum transeat. O Eucliones! Erratis toto calo. Neque enim hæ voces liberalium hominum, sed deparcorum Euclionum sunt. Ex hoc Chrysostomo creditis affirmanti, *Eleemosynam non accipi- tium, sed dantum causâ introduciam esse:* nam illi qui stipendi porrigunt, non qui accipiunt, maximus questum faciunt. Ut scias, ventres pauperum sunt nostra horrea. Ideo nos accipimus, ut illis dénum. Deus omnes pascit, nisi perfidia famulorum obstat. Exemplo demonstratur id, quod dicimus. Hispaniarum Rex jubet è Siculo vestigali aliquibus suorum famulorum dari annuum pensionem. Non fit. Hinc illis & istis talarium non redditur, ita viatū subsidium admittitur. Cujus obsecro culpā? Non regis, sed servorum, qui iusta regia non exequuntur. Neque vero moris est, sed nec commodè fieri potest, ut ex Hispaniis pecunia trâmitur. Satis est mandare. Vos vestigalibus praefecti, his & illis, & istis famulis meis tantum & tantum pecunia date. Rex præcipit, vultque de suo dari. Fraus praefectorum, aut certè negligentia est, si nihil detur. Sic omnino Deus debitoribus crumenam pingue committit, non ut eam suis solum usibus retinante, aut ad lubitum suum exhaustant: His meis, inquit, & de meo date, nec enim opibus vestris egeo; meas expedite. Non fit. Servorum culpa est; acceperunt reddenda, quæ non redunt. Egeni propter opulentos, propter egenos opulentis vivunt, sed quæstio sit, utri alterius minus egeant, gis necessarii. Reversi sive mores, seu naturam attendamus, longe facilius egeni possunt carere opulentis, quam opulentis egenis. Fac omnes esse divites, & neminem inveniri, qui scerere, qui arare, qui mettere, qui triturare, qui molere, qui pincere vult, neminem qui calceos fueri, qui vestes sarcire, qui domos struere, qui vineas colere, qui uvas prælo premere sustineat. Vnde igitur cibus, potus, vestes, domus opulentis erunt? Hi tenuim ac egenorum hominum labores sunt, quos abhorrent divites. Hoc natura docet. Si mores spectemus, magis necessarii sunt egeni opulentis, quam hi illis. Quot & quanta sunt opulentiorum peccata eleemosynis redimenda, quæ certè pauperum casas non tangunt?

Ergo fatuè interrogantibus: *Cur Deus suos non pascit?* occidendum est illud: Vobis, ô nimium curiosi regatores, vobis commissi sunt, ut eos pascatis. Non tamen de vestro comedunt, bibunt, non ex arcâ vestri vestiuntur. Supremus Pater hæc omnia & vobis & illis per vos subministrat. Cavete hæc ulla negligientia, fraus aut perfidia interveniat.

Dicípulis Christum rogaribus: *Dimitteret turbas jam famè fatigatas: Date, inquit, vos illis manducare.* *Quot panes habetis?* ite & vide. Plebs ista effuriens propter vos est, vos autem propter illam proferte vestros panes. Proferendi erant, vellent nollent; augmentum Christus adjecit. Ita etiamnum quotidie humana fanes pascit. Hi panes à Deo acceptos porrigitur, Deus reficit & satiat.

Ioannis Baptista usitata fuit exhortatio: *Iam facias ad radicem arborum posita est.* Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et interro-gabant eum turbæ: *Quid ergo faciemus?* Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & quæ habet eicas, similiter faciat. Perinde si dixisset: Homines rudes & spiritualium inanæ estis, nec præceptionibus multis onerandi. Hoc igitur unum facite; eleemosynas egenis præbere, ciborum & vestium partem ne negate. Ad doctrinam Christi percipiendam hæc optima est præparatio.

**S. II. Et**

## §. II.

**E**s qui sexto objiciat: *Quidquid dicatur non possum multa dare.* Da igitur parum, da pilos capraru, da era minuta, da farinulam. Opportunissime hic Augustinus suas partes interponens: *Nemo, inquit, dicat, non habeo. Charitas non de sacculo erogatur, quia quidquid dicimus, & quidquid diximus, & quidquid dicere poterimus, vel nos vel post nos, vel qui ante nos, siue non habent, nisi charitatem, quia finis precepti charitatis est de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Excusationem in iudicio Dei non habebitis, nisi vos in bonis operibus exerceritis, & eorum, que audistis, tanquam pluviae fructum congruum dederitis. *Fructus congruus, opera bona, fructus bonus sincera dilectio, non solum fratris, sed & inimici.* Supplicem nullum spernas, & ci dare non potes quod petierit, non eum spernas. Si potes dare, da, si non potes, assibile te presta. Coronat Deus inuis voluntatem, ubi non invenit facultatem.

Cum eodem sentiens Chrysoftomus: *Non enim, inquit, mensura dantium, sed voluntas exhibentium liberalitas estimatur.* Propterea nusquam dicit, dowitz datorum, sed dowitz simplicitatis illorum. Nam non solum non oblitus est ad liberalitatem pauperum, sed & occasio fuit exandandi, quemadmodum afflictio latrandi; quod enim pauperiores erant, hoc se magis liberaliores & alacriores exhibebant. Hic idem Graecus Ecclesiastes Audi Prophetam, inquit, dicentes: *Ego quasi oliva fructifera in domo Domini. Ejusmodi simus.* Nec enim satis est, olivam solum fieri, sed necesse est fieri fructiferam. Sunt qui miserantes parva dant ipso anno labente, aut omni hebdome parum quid exhibentes: *Hic oliva quidem sunt, non autem fructifera & vera, sed arida.* Quod quidem miserentur, olive; quod autem non prompte, aut animo, non fructifera. Sed ut fructifera simus, quod se numero diximus, & nunc dico. Non dantis mensura eleemosyna magnitudinem metitur, sed dantis proposito. Dederunt quidam capillos in templi structuram, neque repulam passi sunt. Sed aurum habentes si capillos attulissent, maledicti fuissent, si vero habentes solum id ipsum tulerunt, accepti. Quid duobus obolis vilius, quid capillis minus ac farinula pugillo, & tamen haec placuerunt magis quam virtuti, quam aurum. Etenim in eo, quod quis habet acceptus est, haud in eo quod non habet. Quare indigentibus libenter tribuamus opportuna, quamvis modica sint, quamvis parva. In omnibus oculis videt nos dare quod habemus.

Servatoris promillum est: *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aqua frigidâ, tantum in nomine discipuli, anen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Hic omnis excusat amputatur, hic avaritiae fucus elutur. Iam nemo dixerit: *Ego ipse pauper sum, cui necessaria quidem ad vitam sufficiunt;* Faveant Codris & Iris copiosi, ego non possum, supplex mea & pâne tota domus rhêda componitur unâ. Da igitur buccellam panis, da calicem aqua frigidâ. Non à te aqua calida postulatur, ne lignotum penuriam excuses, da gelidam & à fonte recentem, & misericordia speciem jam dedisti.

## §. III.

**E**s qui objiciat septimò: *Multa do, sed compensationem nullam sentio.* Hanc objectionem disertissime Chrysoftomus refutans: *Hic, ait, queris retributionem?* propter quid? sine eleemosynâ, eleemosynam esse, & non fac negotiationem. Sane multi & hic acceperunt, sed non sic accepserunt quasi hac ratione his, qui hic non acceperunt, plus habbitari essent. Ceterum qui hic recipiunt, plerunque infirmiores sunt, & ad illa meliora non valde festinant. Quemadmodum gulosi & ventris mancipia ad regiam vocati mensam, non expellentes congium tempus, scut parvi pueri suam letitiam ledunt, prius satiantes se viatoriis cibis: ita certè & hi, qui hic inquirunt & accipiunt mercedem, alibi minuant. Porro in usum dans, post multum quidem tempus speras accipere

A sortem fortè autem non accipere, ut dilatatione maius sentis sit. Retributio eius. Hic autem statim repetit, idque cum non hic sed illic perpetuo futuru sis. Si quis tibi construxisset domum hic non manfuero, dannum putasse; nunc autem hic vis ditari, cum ante vesperam sapientem emigrare contingat. Non vides, quod in alienâ terra veramar, quasi hostipes & peregrini? non vides, quod advenias contingit ejici, quando nec cogitant, nec sperant? id quod & vobis contingit. Sane propter hoc quodcumque efficerimus hic relinquimus, non enim permittit Dominus, ut hinc abeantes accipiamus illa, sive domos extruxerimus, sive agros emerimus, sive servos, sive sapientes, sive aliud quiddam non solum autem hinc abeantes non permittit aliquid auferre, sed neque imputat tibi in mercedem. Nam prædicti tibi, ne edifices, ne insumas aliena, sed tua. Cur igitur reliqui tuis operaris, & sumptum facis in alienâ, ut perdas & labore, & mercedem, & extremum supplicium feras? Ne sic agas, sed quoniam naturâ sumus adveni simus & voluntate, ut ne illic sumus peregrini & ignobiles, & neglecti. Nam si hic volvere nimis fieri cives, neque hic, neque alibi erimus; si peregrini manserimus, & sic conversabimur, ut peregrinos decet, sicut societas habebimus eorum, qui hic & qui illic sunt civium: iustus enim dicet nihil habens, etiam hic & in omnium quasi in suis rebus versabitur, & in eum migrans videbit eterna sua habitationem.

Quid igitur eleemosynarū tuarum remuneracionem in hac vita exigis? Quis ædificat in urbe, quam brevi ab hoste capienda prævidet? Etiamnum inter hostes degimus, à quibus nihil tecum est, nisi quod in cælum migratur. Sunt quidem aliqui, quibus etiam in hoc orbe mercedis aliquid pro expensis eleemosynis rependitur, non tam isti aliis meliores, sed alii isti securiores sunt. Haec Deus, prout sibi visum, dispensat, & saepè imbecillitati infirmorum sese attemperat. Ponum <sup>Merces</sup> sicut subtrahit redditum, ut flere <sup>extra cœū</sup> delinat: ita Deus cum imbecillitoribus agit. Quisquis <sup>in</sup> diff- liberalius eleemosynas spargit, nec compensationem fertur cum experiris, optimè spora, & certus esto præmii futuri, sicutore, & Nihil tibi perit, merces differetur cum sicutore; longior dilatio, amplius sicutus: nullæ dvitiae extra cœū secundum securæ. Nunc coronæ tempus est promerendæ, ræ.

His autem annis non solum occasio, sed & necessitas largiendi fuit maxima. Sunt anni jam viginti, <sup>Ab anno</sup> quibus Germania, in Europa universa bellorum <sup>1618. usq[ue] ad 1637.</sup> incendiis depalcit. Quod olim Hierosolyma, id nunc de se dixerit Europa: *Vindemiasit me Dominus in die iræ Toren. c. 2.* furoris sui. Quæ terra, quæ provincia, quod Europæ regnum his annis bello non arsit? Hinc rura inulta, deferti agri, pulsi aut cœsi agricolæ, bona erupta, hinc vastitatis & calamitatis ubique maximæ, hinc pauperum infinitus numerus. Ergo qui haberet duas tunicas, det non habenti, & qui habet eas, faciat similiter.

Laudabile illud quod providus magistratus locis pluribus ex ære communi cupiat alimenta pauperibus suppeditari, ne cogantur ostiatis corrugare stipem, & ita obvium quoniam mendicimonis infestent. Mendicos tamen omnes legibus coercere, ne mendicent, durissimum, nec fieri potest, nisi egenorum sine legibus gulis & cuivis inopi familiæ quot hebdomadibus tecum saltem victus subministretur. Reperiens domos, in quibus vir opifex aut mercenarius graviter decumbat, soboles multa, sed victus parando non idonea, uxori in marito & liberis curandis occupata nihil æris faciat, his certè mendicandum, ni magistratus in singulas hebdomas submittat, quo saltem fami possint mederi. Sin æarium publicum non ad omnes pertinet, qui mendicent, prohiberi non possunt.

In tantâ igitur hominum egenorum copia copiosiores etiam eleemosynæ sunt ergo. Siracides clamat: *Non est ei bene, qui assiduus est in malis, & eleemosynas non danti.* Vultis, o mortales, ut vobis bene sit? Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis, & ecce

*Petr. Chrys.* ecce bene vobis erit in extremis, & in die defunctorum vestrum benedictioni. *Gratis sperat misericordiam ibi, hom. 8.* qui hic non fecit misericordiam.

## CAPVT III.

*Redarguntur ceteræ adversus Eleemosynas  
objectiones.*

**E**RUDITE Gregorius Nyssenus. Deum, ait speciesculum esse crystallinum tertissimum, quod suo se spectatori attemperet; si quidem ea refert, qua ipsi objiciuntur. Qui vult eleganti ac decoro speculum adit, venustam in eo faciem spectabit; turpem, qui turpi; placidam, qui placida; iratam certet, qui irritata illud facie accesperit. Nam qualis ad vitreum hunc judicem venis talem in eo te conspicias. Omnem seu deformatum seu formae compositionem fidelissime refert speculum. Ita Deus in nos esse gerit; si mites fuerimus, suitem inveniemus; si rigidi, rigidum; si ulti-<sup>tores</sup>, ultorem; misericordes, misericordem. Id aperte Rex David pronuntians: *Cum sancto*, inquit, *sancitus sis*, & cum viro innocentे innocens eris, & cum elec-<sup>to</sup> electus es, & cum perverso perverteris. Qualem te in-<sup>uit</sup> Bernardus, paraveris Deo, talis exponit appareat tibi Deus. Cum *sancio* sanctus erit, & cum innocentе innocens. Quidni aquę & cum amante amans, & cum vacante vacans, & cum intento intentus, & sollicitus cum sollicito. Denique ait: Ego diligentes me diligo, & qui manę vigilaverint ad me, invenient me. *Vides* quomodo non solum de amore suo certum te reddat, siquidem tu ames illum, sed etiam de sollicitudine sua, quam pro te gerit, si te senserit sollicitum sui. Vigilas tu ꝑ vigilar & ille. Sed quomodo Deus cum perverso perversus est? Mutare suetum ordinem est pervertere, ut si ovis ferociam leonis, leo inanctitudinem ovis induat. Deus natura clemens, pius, misericors, si nos immites, asperos, immisericordes habeat, ille immutabilis, quodammodo in immitem, rigidum, terribilem mutatur: ita Deus cum perversti perversus fit, cum eum non ita clementem, pius, misericordem experimur. Nimirum quales nos in alios sumus, talis & Deus in nos est. Si Deum misericordem cupimus, prius ipsi misericordes simus. Nihilominus ut illaudata nostra parsimonia mantellum habeat, multa excusamus. Frigidissimas aliquot excusationes ja supra diluimus, ceteras hoc capite diluemus.

## 8. Objektiv

**S. Objec-**to. **O** Bjiciunt igitur octavò: *Cur multi elemosynarum largissimi tot miseris ac calamitatibus involuntur?* Gregorius Magnus, Pontifex maximus, qui ante mil-  
le ac plures annos solium supremum tenuit, in elec-  
mosynas effusissimus fuit, atfidius tamen morbis ve-  
xabatur, *vix umquam ob virium inbecillitatem è le-  
sto dimisus.* Constantinus IX. Græcorum Impera-  
tor pia liberalitatis mare habitus, ut plurimùm æ-  
grotus, pæne continetius lecto affixus, tam chirurgia  
quām podagrā, oppresstus. Lydwina virgo in paupe-  
res, quamvis & ipsa pauper, plus pæne distribuit  
quām habuit; nihilominus ipsis triginta octo annis  
omni genere gravitatum ægritudinum miserè ja-  
data est. Sic alii plurimi elemosynarum quidem lar-  
gi, non minus tamen perpetuo ferè lucru & functis  
casibus attriti sunt, perinde si Deus eorum elemosy-  
nas non curaret ac nihil æstimaret.

Tob. c. 12  
v. 13.

Est profectò quod non leviter mireremus, inter Christianos hæc nova videri aut mira. Num illud Angelii ad Tobiam longè clarissimum ignoramus? Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te. Nec multum, mi' Tobia, tam paupertatis quam cæcitatit tua causas exquire: Deus amat te, ideo & flagellat

A te. Non est odium caussa flagellorum, sed amor. Hoc ipso quia Deo charus es, ideo & afflictus es. Hanc ipsissimam ob caussam, quia Deo fueras acceptus, ideo necessarium fuit, ideo non alius fieri potuit, non debuit, quam ut calamitas exerceret ac probaret te.

**Infelicitas** & res adverſæ probitatis in hoc orbe **merces securissima.** Quod aliquibus Deus centuplex & regal- fenus, dum vivunt, reddit, ad nostram incredulitatem coarguendam id facit. At vero morbi, egestas, deprava- tiones, & omnigenæ miseriae, non minus à Deo do- num sunt quam valetudo, divitiae, felicitas, & prospe- ri succensus. Quod Iacobus Domini discipulus dilu- cidissime confirmans: Omne gaudium, inquit, existimat te fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Tunc v. 2. Deo vos esse preciosos credite, cum in camina affli- tionis arderitis. **Beatus vir,** qui suffert temptationem, bea- tus, quoniam cum probatus fuerit, accipiet corona vitæ. **B** Beatus ille, qui res adverſas tolerare novit, hic enim è plumbō pūrum putum aurum elquare didicit.

Beatus a suis prædicatur M. Attilius, documentum fidei, documentum & patientia habetur, qui relectis palpebris dolio clavis introrum undique adactis clausus est. Figebant cutem clavi, & quocunque factum corpus reclinasset, vulneri incumbebat; in perpetuum noctem, suspensa cruciabantur lumina. Quantò plus tormenti, tanto plus gloriae. Felix censur Regulus: Quantò felicior Christianus, qui eleemosynas largitur, & in remunerationem adversis obruietur, ut in beatorum sedē præmium tanto auctius recipiat, quanto benignius sua bona expendit, & quanto fortius a gerba pertulit. Quod Paulus docens: *Litteret et qui foris est, inquit, noster homo corruptitur; tamen in calis.* qui intus est renovatur de die in diem: Propter quod non deficit. Non deficiamus nec labotando, nec patiendo, nec erogando. Auri jactura nulla est, ubi patientia vel fidei lucrum. Eleganter ac verè dixit Chrysostomus: *Si rem perdidis propter Christum, Christus tibi rem restituere potest; si autem propter rem perdidis Christum, res tibi non potest restituere Christum.*

§. II

**O**bijunct nonò: *Quis tot mendicis satisfaciat? Sed 9. Oþ.*  
quo ævo nulli fuere mendici? Lex præsa qui-  
dem in Israëlis populo lanxit: *Omnino indigens & men- 9. Oþ.*  
*dicus non erit in te.* Verum id Oleaster & Cajetanus, non <sup>v. 40</sup>  
præcepti, sed promissi fuisse interpretantur. Perinde si  
divina suavitas promisisset: *Eà te benedictione affi- 9. Oþ.*  
ciam, ô Israël, ut nemo tuæ gentis stipem colligere  
cogatur. Palæstina pingue solum & uberis glebae ge-  
minas in anno mæses, & post geminam triterident  
triplices tenuit, vite, olea, fico opimissima. Lactis & mel-  
lis rivulus Palæstinae dabantur. Hic non difficile fuit  
mendicitatem ostiatim obceuntem cavere. Nihil omni-  
nus ævo Christi, Lazarus, Bartimæus, alii mendici  
materiam beneficiendi præbuerunt: Verissimum  
Domini effatum. Semper pauperes habetis vobiscum, me autem Mattæus 21. 11.  
non semper habebitis. Sed nec olim unquam deriu-  
runt. Ideo lex Hebraorum monet: *Non deerunt pau- 11. Deut. 11.*  
peres in terra habitations tuæ: *idecirco ego præcipio tibi, ut v. 11.*  
aperias manum tuam fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum  
versatur in terrâ. Cum ergo necessitas stringi legibus  
non possit, nec paupertati necessitatibus forori leges  
inuri potuerunt. Si fodiendo victimum parare non pos-  
sit, paret mendicando. Hoc illius jus esto, facere quod  
jubet necessitas.<sup>9</sup>

At vero dices: Si passim permittatur mendicitas, homines otiosi ac bibuli stipem æquè colligent atque mendici senio fræti, viribus exhausti. Ajo, si civitates sint opificiis ac mercimoniiis diversis tam opulentæ, ut eagentioribus omnibus aut obtrudi labor, aut vietus expediri possit à publico æario, sanissimum consi-

# De Eleemosynâ Pars III. Cap. III.

191

consilium, si nemini licet ad saccum ire & domos incusare mendicationibus: fin autem desint hæc subdia, fas sit tueri vitam, & cibo pauci mendicato.

An beneficiis  
danda sit  
eleemosynâ  
scrutari  
non licet.

At ego vereor, inquis, ne dem indignis, & stipe malè collocem. Nam sapientia simulari aut exaggerari nimis solet egertas. Sunt valentes & juvenes mendici, qui aut heris familiaris possent, aut parare viatum suis ipsi manibus deberent. Sunt qui comedendo sua decoxerint. Sunt qui collatam stipem ludendo aut potando mox abliguriant. Sæpe etiam blanda & vaga mendicabula oberrant. Deinde quanto numero fax ista hominum incursat domos? Quis omnibus satisfaciat?

Mittamus, mi Christiane, hæc verba, & has sollicitudines supervacanæas. Et quæso, non temere hic suspicemur, neque mantelum avaritiae nostra & negligandæ stipis colorum queritemus, ut vel necessitates pauperum passim elevare, vel opes superfluentes, statui tamen necessarias, subtrahere illis præparci afflascamus. Hoc agant curæ nostræ vt demus, quæm sandis aux bege meritis demus, scrutari non est nostrum. Chrysostomus hæc in re auream laxans facundiam, oratione singulari hoc sedulo commendabat. Chrys. 10.5.  
serm. sing.  
mishi pag.  
793. &  
fagi. Ne scrutemur pauperes curiosæ. Quid stipem depositem scrutari? inquit, quin illum ob Christi gratiam excipe. Nam si nimium fueris explorando curiosus, vel probum plerumque vi rum præterib[us] facies que hoc modo futura & merita mercedis jacturam. Quanvis qui vel improbum pro Christo suscepit, culpandum non erit, quid capiet pro eo & premium. Nam qui prophetam sub prophetæ nomine admiserit, prophetæ mercedem accipiet: qui vero pro intemperiu[m] hæc & supervacanæa scrutandi cura quenpiam laude dignum parvifecerit, pænas luet. Quid nummulum aut panem ei negas, cui Deus solent non subtrahit? Agnosce & te & mendicum unius patris esse filios. Attende Christum qui Iudam impurissimum dignatur osculo. Numquid illi dixit: Flagitiole proditor, hominum perditissime, has mihi pro beneficiis reddis vices?

Tu igitur famem & egestatem, non nores petentis specta; mendicus est, pauper est, etiæ sanctus & integrer non sit.

## §. III.

Chrys. 10.4.  
in 2. ep. ad  
Cor. 10.17.  
mishi pag.  
793.

O Bjiciunt decimo: Ratio familie ac statutis, es alienum, cessans lucrum, hinc illinc emergens damnum, & si quid horum est, largiorem eleemosynam impediunt. Hic obsecro non vacuas tantum, sed & veri patientes aures accommodate. Primum est cuius monuerim: Quoties pecunia verius perduntur quam expenduntur: Est qui in sphæristorio, pilæ ludo pauculis horis tristitia, quadraginta, plures florenos perdat: alius ad abacum luforium alea centenos, trecentos, quingentos Philipeos exequit: quanti convivis prælauris ingentem edunt stragem in penore? si horum quis die uno tristitia florenos in stipem expendisset, rem æternis annalibus dignissimam ase patratam, aut damnum irreparabile rei familiaris allatum censuisset. Et tamen tam preciosus ludus, alea & convivia tam sumptuosæ identem ac sapientius repetuntur. Sunt enim pæne censum in vestes effundant. Sunt qui pecuniam in nescio quas artificiosas rugas dilapident. A multis equi, canes, famuli numerosi aluntur, a quibus ægri stipem perturbaunt extorscriunt. Canis tuus, inquit Chrysostomus, cibo fatus est, famulus tuus satietae rumpitur, at vero tuus & illus Dominus esurit, Christus tuus alimento caret necessario, fame peit. Heu quam fatuis persuasionibus no[n]metipsos crebro fallimus! quam sepe cæcas sepputamus rationes! nimirum juvenem illum sibi ipsi præclarissimum calularem imitamus.

Filium in studia miserat pater. Iuvenis à musis

Aversus Deas Edulicam & Patinam præcipue colebat. Demum studiorum & expensarum rationes poscens pater: Ter, inquit, hoc anno tibi pecunias misi, universæ centum octoginta florenos. Dic enimvero in quos tuis tantum pecuniae consumisti? Ad ista filius: Mi pater, ait, in academiis tam parvo non vivitur; alieni æris insuper centum quadraginta florenos contraxi; nec alter potui. Tu, inquit pater, tantum pecuniae? Ergo trecentos, viginti florenos anno unicó abliguristi? Cui placando filius: Obsecro, inquit, cogites velim, mi pater, nil gratis vendi, pretio grandi omnia indicari: cibus, potus, habitatio, ligna, vestitus, lavandi pretium, quantum æris absument? adde atramentum, libros, chaetam, calamos, & complura alia, qua profecto non gratis veneunt. Pater jam in fermento jacens: Age sis, inquit, sumptuum rationem computa. Faciam usque jubes, ait filius, & à minoribus expensis ordiar. Ergo pro calamis & atramento decem florenos scribo. Mox Pater: Cella, inquit, cessa, cessa; hic calculus tuus trecentos viginti florenos longè transcederet.

Tam fallas rationes & nos subinde inferimus. Hoc absumpsi donis ac munericibus, & addo non necessariis. Hoc vefisti, sed magnam partem non necessariorū hoc symposiis, hoc ientaculis & merendis, hoc conviviis, sed minimè necessariis; hoc relaxatione animi & curiositate, sed neutiquam necessariâ; hoc in lumen, lyrics & choraulas, rem scilicet necessariam; hoc in supellestilem & farta testa expendi. Quis in tanta sumptuum varietate motum eleemosynis recondat? Cessate, obsecro, cessate rationes inferre tam absurdas. Vbi tot expensæ non necessarie, ibi eleemosynæ plerumque curiae aut nulla;

Holofernes Dux Asyrius cum obsidione cingeret tunc. c. 9. Bethuliam, jämque ipse civitatis moenia circumiret, v. 6. observavit fontem alveo in urbem duci, jussit igitur hunc aquæ ductum obstrui & aliò averti. Hinc civitas aquæ penuria labrare ceperit. Holofernes Dæmon faecinianus, orbis circitor diabolus hoc solerit, cit ut per simè agit, ut per leditos rivulos, per expensas non necessarias ita minutat facultates, ut deesse videatur quod in eleemosynas conferatur. Ante annos cultates triginta circiter hortense studium exarbit in herbulas minuatur & flores exoticos, in tulipanas & bulbos. Hos adeò & desit ambitiōsè conquirebant, & quæstos ita anxiè foveabant & tuebantur, ut nulla mater suum filiolum. leemosynæ con- Holofernes litteræ in Thraciam, Græciam, Indiam discurserant, exigui feminis aut bulbuli causâ. Hic nullis parcebatur sumptibus. Turpe est dicere, quot aurei non raro in unicum ejusmodi florem expensi. Tot aureos mendiculò dedisse piaculum dixissent, & grande nefas, dispendium rei familiaris maximum proclamas-sent. Ita etiamnum, sed in alia atque alia deperden-do rem insanimus tunc solùm parci, tun̄ homines frugi sumus scilicet, cum eleemosynæ crumenam vocant.

## §. IV.

Mibi visa  
& gustata

Hic mihi duas arbores considerate, Tiliam proceram, & Pominum modicam. Illa ramos & brachia explicit latissimè, grata m̄fundit umbram, infestas arces pluvias, odoriferis triumphat floribus: sed pomum aut pyrum nec quidem unicum edit, à fructibus sterilissima. In horto contrà stat Pomus non maxime stature, & ultra quatuordecim millia pomorum fundit. Quæ causa disparatis tantæ? Tilia pulchra quidem arbor, sed infruetua, quidquid alimenti trahit è terrâ, in truncum, in ramos, in folia consumit, at fertilis Pomus id omne in fructus mittit. Ita plurimos reperias homines opulentos succi plenos, auro validos, qui amplas fundunt radices, brachia diducunt

diducunt, comas jactant, sumptuosè vivunt; sed misericordia fructus in eis quare, & nullos invenies. Hic mendicorum fames in cruce penderet. E diverso reperiit est opifices mechanicos, qui tenuerunt viatum manu comparant, & agnè, nihilominus stipem promptè largèque conferunt, nonnunquam ultra vires. Jam causa in liquido est, illorum succus omnis in frondes & folia, istorum in fructus egerminat.

Hominum  
tenacium  
& divi-  
tum pre-  
clara si-  
gies.  
1. Reg. c. 25.  
v. 36.

Ibid. v. 8.  
Ibid. v. 11.

Ibid. v. 38.

Eccles. v. 25.  
v. 3. & 4.

Isa. c. 22.  
v. 13.

Nisi quis  
singulariter  
hic ex-  
misi.

Bier. ad  
Nepotian.

Tob. c. 4.  
v. 11.

1. Tim. c. 6.  
v. 7.

Et en praeteram officiem hominum eorum qui divites simul & tenaces sunt. Nabal copiosus & locuples, sibi ipsi benignus & liberalis, immixtus fuit alius. Regum facti de eo sic loquuntur: *Et ecce erat ei convivium in domo ejus, quasi convivium regis, & cor Nabal jucundum.*

Cum autem David infidias Saulis fugiens à Nabale sibi suisque copiolis non aliquot plaustra vino & panibus onusta posceret, sed modestissime: *Quodcunque inceneris manus tua, da serviu tuus, & filio tuo David.*

*Inquit, & aquas neas, & carnes pecorum que occisi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio unde sint?* Ita nec unicum panem, nec vel sextarium vini dedit. Ea res Deo supra modum dispergit. Cumque pertransfissent deceni dies, percussit Dominus Nabal & mortuus est. Hoc opulentæ tenacitatis præsumum fuit. Siracides dicta stabilens: *Tres, inquit, species odiorum anima mea: Pauperem superbum, & divitem mendacem, & senem fatum & infensatum.* Augustino dives mehdax est, qui in his quæ ad Deum pertinent, suum illud frigidissimum toties repetit: *Non possum; non possum carnem meam macerare; non possum incediam tolerare; non possum jejuniū servare, humili cubare non possum; diu genibus niti, precatio longas inire non possum.* In his omnibus aliiquid venia demus homini delicato & diviti. Sed si dixerit, eleemosynas date non possum: *en divitem mendacem, tam Deo quam hominibus exolum.* Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Par pari respondentum. Sæpe exaltat autem misericordia iudicium. Iudicij viatrix misericordia præ illo oltius tribunal habet, itaque illud superat. Quemadmodum ab electoribus Imperii Romani Septemviris ad Imperatorem, à purpuratis Patribus ad Pontificem est provocatio, velut à minore ad maiorem curiam: ita misericordes à Iudicio appellant ad Misericordiam: qui ad Iudicij tribunal stabant moesti & dejecto capite, ii stant erecti ad tribunal Misericordiae, nigrum theta non formidantes, sed candidam & felicem literam exspectantes. Sicut oleum aquam supernatando vincit, sic misericordia judicium. Quem justitia consignatio condemnat, hunc liberat misericordia.

Tanq; fidentiore animo dixit Hieronymus: *Non memini me legere, mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit. Habet enim multis intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri.* Grandius quid Tobias dixit: *Eleemosyna ab omni peccato liberat, & non patietur animam ire in tembras.*

### S. V.

**S**ed dices: *Quid enim malifacio, quando aliena non invado, si propria diligentius servo?* Si ego quod res est, mi homo, liberius responderem, forsan id iniquius ferres: Responsum igitur ab Ambrosio accipe: *O impudens dictum, exclamat Ambrosius, propria dicas? Quæ? Ex quibus reconditus in hunc modum detulisti? Quando in hanc ingressus es lucem, quando de ventre matris exististi, quibus, queso, facultatibus, quibusque subtilis ingressus es? adventum tuum in hunc mundum à Paulo dice. Nihil intulimus in hunc mundum; haud dubium quod nec auferre quid possumus.* Terra communiter omnibus hominibus data est: proprium nemo dicat, quod è communione plus, quam sufficeret, sumptum & violenter obtentum est. Non minus est criminis habenti tollere,

A quam cum possis & abundes, indigentibus denegare. Tantum Elurientium panis est, quem tu detines; nudorum inquis pe- dum entum est quod tu reclidis; miserorum redem- cat ele- ptio est pecunia quam tu in terram defodis. Tot ergo te scias invadere bona, quot possis præstare si velis. Bona quidem, at, sunt verba, sed melius est non carere quā aliena substantia. Hic rursus Ambrosius: *Qui, ait, obediens non furando, vult, & negligit, manifesta est ignis aterni communatio.* Qualis Ambrosius, tibi horror, qualis sudor, quales tenebre supervenient audiens serm. 18. condemnationis illius sententiam: *Discedite à me maledicti, & tu, Elurivus enim, & non dedisti mihi manducare?* Neque enim his, qui enim his verbis, qui alia invaserit, arguitur, sed qui non communiter usus est tuis que habebit, condemnatur. Verum tibi v. 41. & 44. quoniam Deus venter est, & totus servus es carnis, audi dignam appellationem, quā te non dominum quisquam, sed ipse dominus appellat. Ait enim: *Stulte hac nocte auferetur à Lue. 6. 11. eternis cruciatibus major est stultitiae nota.* Quis enim paullo post rapientem est vitia, quæ cogitat? Defrustram horrea mea. Ibid. v. 11. Cui ego respondeo: *Et recte quidem facis, nam vero destruere debes horrea iniurias, & ea quæ male adificaveras, tuis ipse manibus subvertere; destruere promptaria, ex quibus nullus misericordiam consecutus est; ejusdem Mammonea tetra domitilia.* Defrustram, inquit, horrea mea, & majora adificabo. Quid si & ista repleverit, quid quæ facturus es? Iterum sine dubio destruere, & iterum adificare. Et quis finis vani huius & stulti laboris? instanti adificare, & instanti destruere? Si vis ostendam tibi horrea jam parata, esurientium pauperum ventres, in ipsis tuos reconde thefatrios. Sed dicit: *Cum secunda horrea replevero, tunc dab pauperibus. Longos tibi promittis annos, & lata vite spatiæ polliceris.* Talis promissio non futuram continent humanitatem, sed præsentis misericordie dilationem. *Quid misericordiam in crastinum diffidet, bodie immisericordis?* Nescis quid superventura pariat dies.

C Idcirco, quod etiam Chrysostomus monet, sparge Chrysostomus, superficialia in pauperes, & quod invitum forte esse paulo post ipsa hostia pueri inimici es cessurus, id ipsum volens depone; tuaque fac, que mibipg tua nunc non sunt. Opes custodiæ fugient, distribuite ma- 744. 6. gent. Multa igitur utatur eleemosyna, ipsa enim est Regina Eleemosynæ, virtutum, quæ illic cum fiduciâ assuet & eriperit a tormentis. Aureas habet alas Eleemosyna, non pulchras tanginavit, sed & robustas, quibus velare cupientem facile tutum ad alta evet. Aude non amare pecuniam, eaque alienam subleva inopiam, & jam terris altior incedis, jam volas, jam cælum petis. Beati misericordes.

### CAP V T IV.

Quæstiones aliquot exponuntur quandam danda sunt Eleemosynæ; ex quibus bonis; quid potissimum Eleemosynæ corrumpat.

**S**YNESIUS Cyrenæ Episcopus, vir eruditissimus, complura ingenii sui monumenta in lucem dedit. Habuit is inter primæ admissionis amicos Evaristum philosophum in paucis charum, sed nondum Christianum. Hunc Synesius disciplinis Christianis imbutre plurimum laborabat. Evagrius homo sicut cerebri, & diu refractarius, virum Hebraicum crucifixum pro Deo colere constanter recusatbat: nec tamen labore aut tadio victus Synesius saluberrimis monitis quotidie hominem urgere instituit. Ad quæ demum philosphus: Duo sunt, inquit, mi Domine Episcope, in re Christianâ, quæ nulla ratio, philosophia nulla sat capiat. Primum est: Vos Christiani nescio quod principium, sed & finem mundi somniatis, & hac ipsa loquula nostra corpora, postquam in vagos cineres abicerit, nulla tandem redditura in vitam immortalia. Alterum est: caput quidquid pauperibus darur, fenore reddi centuplo. Hec

Hæc talia fabulæ sunt, & merum somnium, nec in philosophiâ quidquâamenti habent. Contra Synesius copiosâ dissertatione docuit, nil vero contrarium his asseri. Neque verò hæc ad philosophiâ trutinam expendenda: sublimiora esse quam quæ humana lippitudo primâ facie possit penetrare. Salutiter se tacitum fecit Evagrius, at nihilominus sua opinionis tenax domum abiit. Hæc ubi secum ipse sepius repetit, decrevit manus dare victori Synesio, à quo demum unâ cum filiis & omni familiâ sacro fonte tinctus est. Atque ut in rem præsentem veniret, tria aurâ centumpoundia in egenos partienda obtulit Episcopo, si syngrapham daret velit Christum ea redditurum. Nec Synesius istud tecusavit.

Evagrius jam Christo adjunctus annos aliquot exegit. Merito denique graviore corruptus, jämque filii ad se accersit: Cùm, inquit, cadaver meum ad sepulturam composueritis, hoc chirographum manui inserite, & unâ mecum sepelite. Factum quod jussit. Tertio die à funere defunctorum Episcopo se stitit, tumulum suum referari & chirographum inde auferri jussit, sibi abunde in omnibus satisfactum, & ne dubitandi locus esset, ejus rei testimonium suâ manu subsciptum esse affirmavit. Nescierat autem Synesius chirographum suum unâ cum mortuo sepultum. Luce posterâ vocatis ad se filiis, An, inquit, cum parente vero scripti quipiam sepelisti? Schedam, inquit, quam morti proximus secum iussicerat humari, nemine id scienti. Episcopus narrato somnio, sacerdotes & urbis primates ad philosophiâ sepulchrum duxit: eo aperto recentis Evagrii syngrapha est inventa conceptissimis his verbis scripta:

Evagrius philosophus sanctissimo domino Synesio salutem. Accepi debitum in his ligeris manu tua conscriptum, satisfactumque mihi est; nec ullum contra te jus habeo quod dedi tibi, & per te Christo Deo Salvatori nostro.

Obstupere omnes, & horis aliquot clamavere Kyrie eleison. Sed & gratias egere Deo, qui suas promissiones tam illustri miraculo firmalet. Atque hoc Synesii & Evagrii coniunctum chirographum in primaria Cyrenensis ædis sacrario servatur. Templi custos juris iurandi religionè se obstrinxit, ad chirographum illud unâ cum ceterâ ædis supellecitile à se fide optimâ, diligentia summa tuendum, & consignatum in successoris manus traderendum.

Hic ergo cùm Marone proclamem:  
Et cubitamus ad huc virtutem extendere factu?  
Eriamnum tergiversamur calamitosos alii alios beneficis presequi?

Eleemosynas esse dandas diximus: Dandi modum exposuimus: Diveritas obsecrations dissolvimus. Sequuntur quæstiones, quibus respondentum?

### S. I.

**Q**uestio prima. Quandem danda est eleemosyna? Theologi hic facere præludent assignando facultatum & bonorum discrimine. Sunt enim facultates, que bona vita, alia quæ bona statu appellat, alia quæ utrique sunt supervacanea. Tempora item, alia communia, alia gravissima, alia extrema inopum necessitatem habent. Bonâ vita vietum & amicuum necessarij subministrant. Natura paucis contenta, panis frusto, offulâ, olusculo, pulicula diem unum facile solat, tegi cupit, & arceri à se frigus, rō ad elegantiam vestiri, sustentare vitam, non pompam explicare desiderat. Et hoc à vita bonis non agere imperat. At verò bona statu ampliora sunt, quæ non unam alteram vitam, non unum alterumve serculum permittunt, sed pro statu ratione & illa & ipsa numero maiore. Hinc arcæ vestibus, mensa serculis onerantur, quod statui convenire dicimus. Quod facultatum

Tom. II.

A remanet, cùm vita ac statui satisfactum, inter bona superflua censetur. Hæc in antecellum exactius consideranda. Conclusiones jam subjugimus.

**C**onclusio I. De bonis simpliciter redundantibus. Concluder se danda est eleemosyna, non solum in extremâ suo. (quod nemo dubitat) sed etiam in gravi necessitate. Probabilis inops, idque sub mortifero peccato. Suadethoc præter legem divinam efficax ratio. Nam præceptum eleemosynæ obligat ex suo genere sub letali culpâ. Præceptum nec excusationem admittit, nisi in materia levi. Quod eleemosynæ autem in clementiâ hæc aliquibus in divites dici vi. non obligantur, ut quos sepe sepius noxæ mortifera reos sub mortali culpa crebrè stipem impendere assuecant, ne dilicimi ni huic objiciantur. Neque enim primi nos scitum illud promulgamus, difficultus ingredi divitem in ea. Matt. c. 19. lam, quam casuelam per foramen aui. Neque de nilo v. 24. dictum est à Christo, multos dominatum iri, cù quod M. c. 10. opera misericordia non præstiterint, in potu, cibo, v. 10. & vestitu suppeditando. Cum tamen raro accidat in v. 25. his ut pauper aliquis extremitate, sapienter vero & gravioriter egeat. Vnde colligunt non absurdè multi, complures Ita S. Tho. 2. 2. q. 66. divites condemnatos esse, ob eleemosynas non tantum ar. 7. Ita ac tum in extremâ, sed etiam in gravi aliorum necessitatibus. Ita Iac. c. 5. v. 1.

**C**onclusio II. E. bonis verè supervacaneis eleemosynæ in pauperes, tribuenda est, etiam tempore communium ac leviorum necessitatū idque sub obligatione letalis culpæ. Non ita tamen quasi divites in singulis omissionibus letaliter delinquent, sed conjunctum in multis & pene assiduis, aut in proposito negandâ stipis extra gravem vel extremam necessitatem. Hic alios aliter sentire non negandum. Nos à priori sentientia clementius stare veritatem. Chrysoftomus certè non Tullianum aut breves Gyaros, sed & Coloss. geheñas & inferos minatur iis, qui avaras manus retrahunt ab egenis. Peribunt, inquit, peribunt, qui Chrysostomus Gyarus non alierunt. Quod confirmans, & apertius multo expensi tradens; Nam eleemosyna neglecta, in qua, inquit, quavis virtutis quadam pars, non ipsa universa virtus sit, in gehennam tamen intrudit. Nam & virginis, & quia ipsam non habuerunt, puniri sent. Et dives hac de causa in deperabat. inferno torquuntur, & qui effarentem non cibârunt, una cum diabolo condemnantur. Ego vero maior quiddam habeo dicere. Matt. hom. Non enim solus una quedam particula virtutis omissa celum 65. mibi nobis claudit, verum etiam si non congruent cura & studio pag. 473. peccati, illud ipsum solet infire. A Nisi enim superabundaverit, inquit, iustitia vestra plus quam Scribarum & farisearum Pharisaorum, non intrabit in regnum celorum. Et quani? li præbant? inquit. Id jam ipse etiam dicere volebam, ut & qui non dant, incitentur ad dandum: & qui libenter offerant, non superbiant, sed plura dare consentur. Quantum igitur illi præbant? Decimâ primo rerum starum omnium, deinde alteram, & denum tertiam decimam offerebant. Itaque propemodum tertiam partem præbant. Sed ad prædictas Omnia, quæ ac primogenita, & alia plura partim pro peccatis, partim honoris suorum, pro purgationib[us] offerebant. &c. Autem quæ tertiam partem, immo vero medianum rerum starum offerebant, ascendent nempe ad medietatem omnia unâ congregata: si qui medianam, inquam, dabant, nihil magni operabantur: quid tu facies, qui nec decimam quidem partem pauperibus unquam dare cogitasti? Quare non injuria paucos fore salvos qui tam dicebat. Non negligamus igitur exactam atque exquisitam vicem disciplinam. Sed quænam, inquit, spes salutis nobis reliqua est, si singula omnia in gehennam depellere posint? Hoc ipsum est, quod etiā ego magna voce conlamo. Verutamen si attendere voluerimus, non est impossibile salvare præsentim si eleemosynæ remedia mutuemur, quibus vulnera nostra diligenter cureremus. Non enim sic oiem corporis hominis roboret, ut animam misericordia stabilit, adeo ho. 7. depe que confirmat, ut à diabolo superari nequeat. Hoc igitur sciens, nisi mibi superflua queque amputa, sicutque pauperi supplementum. pag. 744.

R.

Ab ore

Ab ore & calamo Chrysostomi hæc lionita sunt. Atque hæc de bonis vitæ ac statui supervacaneis.

§. II.

### 3 Conclu- sio.

Vita proxima in extremis laboratorum plurimam, quam prius statutis. <sup>a</sup> Matth. 19. 19. & 22. 20. <sup>b</sup> Luc. c. v. 11. tate private personæ, dummodo sine magnâ iacturâ statutis id fiat. Verus amoris ordo est, ut quisque plurimam alterius vitam in extremis labore antem quam proprium statutum. Siquidem lex divina imperat: Diliges proximum tuum a sicut teipsum. Hinc ille qui sic diligendus est, in extremâ inopiatâ jus naturale habet, ad utendas, imò & auferendas res alterius statui necessarias. Huc illud convenientissimum: Qui habet <sup>b</sup> duas tunicas, det non habeti; & qui habet escas, similes faciat. Hinc dicitur aliquis, quamquam non habeat escas nisi ad suam vitam sustentationem necessarias, si tamecum habeat duas tunicas, soli statui necessarias, alteram harum vendere debebit, ad escas extremè famelico comparandas. Si vero vestem habeat, eamque unicam, sed pro statu

**Extrema necessitatis** indicia que. duas illas videntur esse coenitare, alteram ad pauperem, alteram ad pauperem in extrema nuditate operiendum. Extremae necessitatis indicia videntur esse diuturnior fames, foeda nuditas, complura ulcera, deformes morbi. Hic succurre quocumq; poterit modo. Horrendum vetus illud: Si non pavifli, occidifli. Hebatius epulo, non quis occidit, sed cuius non pavit, torquem.

Conclusio IV. Idem prescriptum de bonis statui ne  
quia occidit, sed quia non pavit, torquetur,

**Conclusio V.** In extremâ necessitate Reipublicæ aut personæ ad commune bonum valde necessariæ, obligamur ex bonis etiam ad nostrum vel nostrorum vitam tuendam simpliciter necessarii succurrere, id- que sub mortiferâ noxâ. Hic naturam sequimur ma- gistrum, quæ totum parti, publica privatis anteponit, cum par utробique urget necessitas. Ita ut si mihi o- loci ac temporis vel unica sit vestis, cibus unicus, han- tamen & vestem, hunc & cibum Reipublica sic ex- tremè laboranti cogar impendere.

**E**leemosyna non ex alienis, nec ex malepartis dāda. **Q**uestio secunda. Ex quibus bonis danda sit eleemosyna? Non ex alienis, nec ex iniquis, aut malè partiis. Tua expone, non aliena. Facilis est liberalitas è mansupio non tuo. Potest Quidem & servus exhibere stipem, sed è sua non domini crumenā, nisi dominico consensu expresso, vel certè, ut Theologio loquuntur, prudenter præsumpto; nisi forsitan alterius extrema necessitas expectare consenserit non posset. Nec è bonis illicitè acquisitis laudande prodeunt eleemosynæ: non rapina, non furtum, non usura, non fallacia nummaria, non donatio coacta Christi gazophylacium ditant. Apage has opes à pauperum ærario. Illa omnia non egenis largienda, sed dominis restituenda sunt. Non possunt, inquis, restituib[us] ob infamiam certum periculum, aut alias certè ob causas. Fiat igitur restitutio per hunc ipsum eleemosynæ modum: Pecuniam furtivam pauperes in locum domini recipient. Quod si bona inique ac malâ fide sint acquisita ratione datis quām accipietis: ut si quis alteri rem sacram

A vendat per simoniam, si, qui eam accipit, dominium il-  
lis non acquirit; & hoc ipſu qui dat, in peccati penam & poenitentiam  
amittit. Hinc totum hoc in elemosynas insumentum, redam-

Licet hic tertiam quæstionem attexere, & uno ro-  
gatu quasi per satyram, plura cōplecti, atque ita diver-  
sus eleem olympe nō vobis sub unum aspectum collocare.  
*Quæstionis* Quæstionis. Quæstionis. *Eleemosynæ.*

*Primum est ingens & turpiter constans nefas-  
tum, quod non potius eleemosynas im-  
pediant foedent, ac corrumpant?*

Primum eft, ingens & turpiter conitans vettum luxus. Sanciuntur quidem leges optimæ, diversæ statuantur mulctæ, clamant è cathedris ecclæsticæ, & contineantur abominandum hunc luxum insequeuntur. Frustra omnina. Leges profani calcant, mulctas eludent, conciones furdis auribus transmittunt. Nihil fit. Ita luxus non solum feliciter ac constanter pergit, sed & in dies augebitur. Hinc quanto plus pecunia in vestes expenditur, tanto minus in egenos distribuitur. Hinc illæ voces inertissimæ: Non habeo, non possum. Et haberes, & posses, si vestitus pompa coerces. Observa fures. Tuas tibi elemosynas, sed te volente, fatores ac mercatores furantur. Moderate vestitui, & non decrit, quod in stipem largiaris.

Alterum est, sumptuosa nimium convivii. Deus bone, quam multo frugalis fuit superioris seculum, atque hoc nostrum, non vestitus solum, sed & conviviorum luxu planè perditum. Rem mirissimum audite. Anno Christiano millesimo quingentesimo quinto, ante annos non plures quam centum triginta, ipsis cinaeribus Argentorati concionatus est in aede summa Ioannes Gailer Kaiserpergenis vir oppido eruditus & liberi oris. Coperat is temperantiam & ferculorum copiam dictis convellere. In Quadragesima, inquit, ferculorum prodromus præsultat offa; hanc ordinem sequuntur aëla hælices, has frixi pilces comitantur, dein olus concisum, istud deducit jus atrum piperatum aut pulmentum: hoc mensa secunda excipit, ita quinque vel sex fercula ponuntur. Et cuinam, inquit, sua hic salva sit temperantia? Addit: Hoc ipsum in mensis principiū fit, ubi subinde novem apponuntur ferculæ. Super! Quid istud prodigium fuit ævo illo in principali mensa novem fercula? Ridemus affatim. Iam opificum & rusticorum, jam textorum, cerdonum, & faritorum mensa cibatum copiosiorem ostentant, numerosiore superbiunt missu, convivia dant numerosiora; duodecim, quindecim, & pluribus ferculistrium phant. En, obsecro, ante annos centenos in mensis principiū novem missus ut prodigium è suggesto proclamantur. Vixisset hic ecclesiastes nostro hoc ævo, hem quale prodigium dixisset, si in ditioris feribæ, aut pedarii senatoris, aut dynastæ non ditissimi, mensa spectasset ipsa quinquaginta à foco fumanaria fercula, & totidem secundas mensas pateras bellariae & tragennatis distinctas! Quam porrò portentorum D Lernar, dixisset Kaiserpergenis, si in mensa unius alicuius Baronis ipsa trecenta fercula numerasset. Prodigiolum hanc extremè & prodigiam insaniam nostrum hoc ævum speciat. Hęc illa patrimoniorum & eleemosynarum vorago est.

Magnā olim Roma penūriā convivium dabat Augustus Imperator convivis Deorum ac Dearum habitu accumbentibus. Postero die clamatum est publicè, Deos omne frumentum comedisse. Hic poene idem vociferandum. Stipem & eleemosynas fere omnes sepiissime devorant convivæ. Nam post tam lauta & sumptuosa convivia plerumque fatua sequi solet parsimonia, quæ tunc demum rei familiaris egregiè cultum credit, si suæ pauperibus sportule negentur. Conviviorum luxus, eleemosinarum interitus.

*Tertium est, priori non multum assimile. Rapina palliata, & speciem honestatis mentientes. Inter rapinas numerandum, domesticos famulos & ancillas, mentem*

ceteramque familiam præparare, sordidique nimis alere; pessimulas iis tam tenues dare, ut nonnunquam vix inde sibi calceos aut vestimentorum aliquid apponere, offam penitus exoculatam, lavatrinam diceres, carnes bubulas rarissimè, easque non nisi fecidas, aut ferinam vermis veribus bullie stem obtrudere: quotidie in talibus mensis tam prandii quam cena caput est olus acidum; panis, si colorem, si pondus, si faciem totam videas, terram æmulatur, adeò ater, ponderosus, asper est. Ita subinde cives opulentis, ita nonnunquam viri nobiles in suis ædibus familiam pascunt, cibos aut malè sordidique coctos, aut eà ponunt parsimoniam, ut nec fami satis responderi possit. Hinc domeftici ob cibum tam parcum aut sordidum, ob pensionem tam tenuem pessimè docentur artes, & ad furandi licentiam adiunguntur.

Ad classem hanc spectat, opificibus mechanicis debitam immittunt mercedulam, rusticos opere gratuito & vecturis imperatis vexare, & nec pane quidē fatigatos reficeri. Hæc ejuscmodi sunt qua laudem eleemosynis omnem subtrahant: quid enim virtutis est, furari corium, & mendicabulo donare calceos. Mechanicos, subditos, domesticos suos fraudare, & in pauperes munificum videri velle pessimè coherent. Hortatus Galatas Paulus: Operemur bonum ad omnes, inquit, maximè autem ad domésticos fideli: si quis suorum, & maximè domésticorum, curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. Hortatus & Isaías suos: Cùm videris nudum, inquit, operi eum, & carnem tuam ne desfexeris. Vehementia tua domeftici tui sunt, si qui vestibus egeat, si qui famem sentiant, experiantur te patrem. Scias & dominum & servum, regem & mendicem ex eodem confitare luto. Curam igitur tuorum age; misericors esse à tuis incipe.

Quid vero de iis sentiendum, qui frumentum in maligniores annos recondunt, frugum pretium incidunt, annoram vexant, nihil è suis granariis nisi summo pretio dividentur? In hos facundia Chrysostomi exardescens: Quando autem, inquit, & recludis frumentum, & pretium auges & novas alterius negotiationis vias excogitas, qualem tunc salutem sibi habituris es? Gratias jussus et dare esurienti; tu autem neque justo pretio vendis: Christus propter te tantum gloriam exiit, tu autem illum neque pane dignum censes: canis tuus impletus est, minister tuus præsatiate rumpitur: tuus autem & illus dominus necessario alieno caret. Christus fame perit. Hæc revera stipem non commendant, sed fecund & corrumptunt.

Atque ut plura paucis complectantur, omni decore misericordiam spoliat, eleemosynas tardè, cunctanter, morose, inhumaniter, præpare, avariter, coæde, fastanter, non de suo, sine non recto, animo non benigno dare. Et, inquit aureus orator, qui non acquirit, nisi aliis fleverit; qui lucra non condit, nisi aliis genuerit; ut soli bonum est, quod publicum malum est, dum aut fructus servat, aut annoram captat, aut pretia inflat, aut famus exaggerat, dum acquirendi lucra per nocendi exquirit ingenia. Potestne talis misericordia implere officia, cui pupillorū dulcis est gemitus, & viduarū suavis est fletus, dum prædā huiusmodi pascitur, & spoliis talium delectatur, qui dives est arcā, non merito? Potestne misericordia tangi, aut humanitate moveri, cuius avaritia nec proprium sufficit, nec alienum? Qui et si pauperi tribuat, hoc magis dexterior, si aliis tollat, quod aliis prebeat; si esurientis pane esurientem pascat, & nudum spolis vestiat, cum scriptum sit: Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, sic est quasi qui victimam filium in confusione sui. Nam supra documentus, da de tuo, da citio. Nam sunt, addit Chrysostomus, qui possunt facere eleemosynam, sed nolunt: sunt qui volunt, & non possunt: sunt & qui volunt & possunt, sed differendo non faciunt. Ceterum qui potest facere, oret ut & velit: & qui vult facere, oret ut & potest: & qui in utroque paratus

A est, det operam, ut misericordiam in instanti efficiat, ne quod vult & potest, differendo non compleat. Da ergo celeriter, da Greg. Na. largiter. Hoc ipsum est accipere, Deo donare. zianz. orat. 16.

## CAPVT V.

Aliæ iterum questiones solvuntur.

S O L E M jam ortum, ut in fabulis est, Nox interrogans: Quis, inquit, tantoq[ue] impetu totum hemisphæriū subi[er]it, eaque copiosissimā luce collustras? An non rectius faceres, & tibi mihiq[ue] melius confuleres, si paullatim radios tuos explicares, & ita me paullò urbanius fugares? Sol prōp[ter]e respondens: Non miremur, inquit, fuliginosa & noctis verba fundere: Nox es, que plurima ignores. Cum voluntas dandi & facultas conveniunt, non invita comitatur velocitas. Quod donare poruit & distulit, plenaria voluntate non dedit. Donationis celeritas prona voluntatis argumentum est. Munus tardum plerumque amarum, nec sine tristitia venit. Vide, obsecro, quanto impetu fontes leuantur, venti procurrāt, orbes cœlestes in gyrum se volvant, gentis humanae bono. Beneficiū quantō velocius, tantō etiam lubentius; quantō autem lubentius, tantō etiam liberalius datur. At quantō liberalius tribuitur, tantō gratius accipitur, tantō jucundius retinetur. Ita Nox evanuit.

In hoc liberalitatis sacrae themate questiones scientiaris discutere coepimus. Responsum est ad quæstionem tertiam. Epilogus responsi fuerat, hoc genus beneficij non differendum. Iam porrò quæstionem quartam, & cum ea conexa hoc capite subjungemus.

**Q**uartus. Quid juris hac in re habeat manu[m] materiæ? An materiæ familias, num ea possit eleemosynas dare manu[m] familias? Rito non prius consueto? Ex accidenti, loquuntur, fas possit dare uxori modicum aliquid auctoritate suâ dispensare, re eleemosynas manu[m] rito non prius consueto? Idem id loci consuetudo permitrat, nec ea in re matris conditionis maritione, aut etiam innupte, passim facitare consuerunt. Res certa; quamdiu de contrariâ mariti voluntate non expresse constat. Præterea licet uxori stipendium facere ad dantum five corporis, five animi, cum a se, tum à viro familiâque avertendum: prout fecisse Abigælem fasti Regum testantur. Idem illi licebit si familiam administrare, aut vicem viri esse jubeatur; si maritus domo absens, si æger, si aenens sit. Deinde per se juxta uxori est, etiam marito repugnante qualitas eleemosynas dispensare, de bonis, ut vocant, paraphernalibus, iis scilicet, quæ, cum nuberet, eximia sibi propriaque reservavit. Quemadmodum de iis quoque, quæ ipsi jam hupta per hæreditatem, p[er]que donationem obvenerunt. Item de iis, quæ per suam ipsa industria lucrata est, modò ea sustinendis matrimonii oneribus non ita fieri necessaria, ut familia liberi que illorum profusione depauperentur.

Quid si autem vir dives disertè prohibeat uxori stipendia elargiri, nolitque a conjugi suâ fieri, quod aliae id loci faciunt? Quid hic uxori? num obsequi cogetur? Dissidentur hic viri magni. Consent aliqui parentum viro, idque tutius fore. Sed rectius alii ius istud uxori permisum arbitrantur, neque enim viro minus æqua præcipienti obtemperandum. Quod & ratio suadet. Obligatus enim est vir uxori ad praestandum pro statu & opibus decentem sustentationem; hæc autem non solum complectitur congruentem vivendum, vestitum, famulatum, sed etiam recreaciones, eleemosynas, donations honestas, & hoc genus alia, quæ ceteris ejusdem loci feminis communiter permituntur: neque uxorem jure hoc communi potest privare, siquidem talis consuetudo, non secus quam privilegium, ius tribuit.

Expedit

Graec. c. 6.  
v. 10.  
1. Tim. c. 5.  
v. 8.  
1. Cor. c. 5.  
v. 7.Chrys. 10. 4.  
in 17. 3. ad  
Cor. ho. 17.  
mibi pag.  
729.Zel. 1. c. 34.  
v. 24.Chrys. 10. 4.  
ho. de duas  
bus viduas,  
mibi pag.  
729.Leon. Less. 1.  
2. de Iure &  
Infl. c. 12.  
dub. 14.  
Suarez, Be-  
canus, Gre-  
gor. Valen-  
tiā, & alii  
cum illo.

Expedit omnino familiæ ut & uxori argenteam habeat manum, quam egenis porrigit. Dicat à matre filia misericordiam succurrere, dicat non faciem fucare, non caput ornare, non vestes sartori dictare, non eleganter ac scitè saltare, sed large stipem erogare; dicat æmulari charismata meliora. Illud Domini frequen-

*Math. c. 9.*

*v. 13.*

*Pet. Chrysol.*

*hom. 8. mibi*

*pag. 27.*

*proprius fin.*

*psal. 35.*

*v. 6.*

tissimè sibi occentari audiat: *Misericordiam vobis, & non sacrificium.* Qui, quod vult Deus, Deo negat, à Deo sibi, quod desiderat, vult negari. *Deus pert. à homo, sed tibi, non sibi,* ait Chrysologus: *humanam petit misericordiam, ut largiatur divinam.* Est in celis misericordia, ad quam per terrenas misericordias perveniunt. *Vox regis est:* *Domine in calo misericordia tua. Dicens caussam in iudicio Dei, patronam tibi misericordiam, per quam liberari posis, assume.* Qui de patrocinio misericordie certus est, deveniūt securi, de absolutione non dubiter. Misericordia solam causam preventi, anticipat cognoscere. *Fed etiam sententiam revocat, absolvit addictos.* Quod Ninivit probant, quos jam sententia subiectos, pane traditos, ad victimam stantes, morti deditos, misericordia sic rapuit, sic remuit, sic preventit, ut malum sit Deus mutare sententiam, ne quid misericordie negaret. Stabat quidem & tunc pro causa jejunitam, aspergebant cineres, sternebat cibicium, dabat genitus, fundebat lacrymas & quod non poterat excusare veribus: *In luctibus temperabat, sed non valuerat emendare sententiam, nisi perorans misericordia subvenisset.* Misericordia & peccatores liberat, & restituunt sanctos.

### §. II.

**Q**uestio quinta, Quid adolescentibus, filiis familiæ, juvenibus, & s. quos parentum aut tutorum imperia etiamnum coercent, hac in re licitum, an & ipsi eleemosynas dare queunt? In luce res erit, si parentum assignemus discrimen. Sunt bona, quæ *Castrensis*, sunt quæ *Quasi castrensis*, sunt, quæ *Adventitia* vocari solent. Castrense peculium appellamus, quidquid in bello solet acquireti: præterea tam parentum quam aliorum dona, quæ filio, ad bellum cuncti conferuntur, demum ea etiam quæ in obsequiis ac palatiis principum comparantur. Peculium *Quasi castrensis* nominamus illud, quod cum revera tale, non privilegium tamen peculii *Castrensis* fortitur: quod nomine titulove fit triplici; Clericatus, Officii publici, Regiae donationis. Peculium *Adventitium* vocamus, quod aliunde filio, dum parentum bonis non sustentatur, vel industriâ & labore, vel fortuna & donatione obvenit. Ex his ergo tam *Castrenibus*, quam *Quasi castrenibus*, & adventitiis bonis filiusfamilias liberrimè potest eleemosynas præberet. Hinc ephebi aulici, adolescentes Clerici, stipendio publico conducti, ejus, quam merentur, pecuniae domini sunt, adeoque illam in pauperes, ut volunt, dilargiri possunt. Hoc jure tamen cordones, fabri, lapicidæ, carpentarii, sartores, & vulgus reliqui, tirones opificiū non gaudent.

Quod si filiusfamilias summa notabilem paternarum aut maternarum opum occulte sibi usurpet, aut ad studia honestosque usus concessam, ludo, luxu, compotatione prodigat, is non modò mortiferè peccabit, sed per se obligabitur etiam ad restituitionem vel parentibus, vel, si istis nequeat, in divisione patrimonii cohæredibus faciendam.

Porro si parentes non obsistunt, quod minus filii, qui litteris vacant, suas habeant crumenulas, unde panem niveum, filiginei maut dulciarium, unde pomivarum genus, unde merendulas, unde scimenta & cupedias possint emere; non etiam obsistere debent, quod minus filii ex illis mansuipoliis depromant eleemosynas: Hoc valetudini salubrius, hoc moribus, hoc animo longè fiet consultius. Ita hi adolescentes Mularum alumni vel expresto, vel certè tacito

A parentum consensu stipis aliquid in egenos deriveare poterunt. Imò parentes rectissimè facient, si liberis hoc ipso nomine æris aliquid committant, ut eos vel etiam hoc modo ad pauperes juvandos asuefaciant.

Frustra hæc, inquis, & actum agent. Nam adolescentem pecuniam committere, est feliciter aut aruanum, vulpi gallinam, lupo oviulam credere. Non dissentio. Ergo adolescentibus aut nihil pecuniae, aut prorsus cautè committendum, idque in hunc usum tantummodò, ut vel indolis experimentum fiat, aut bonis moribus incitamentum accedat.

Atque in hac quidem quæstione, quinam eleemosynas largiri debeant universè hoc statuimus. Ignerat qui aliorum imperiis ita subsunt, ut ipsi nullum nec dominium, nec administrationem bonorum habeant, à praepreto eleemosynæ danda immunes sunt. Huic autem eidem praeprecepto sunt obnoxii omnes ii, qui bonorum aut recularum quantumvis exiguae, dominium & liberam administrationem habent. Id que etiam non Christiani sint. Nam hi legi hæc naturale divinaquevinciuntur.

Hæc illa mercatura est nobilissima, de qua facundè Chrysostomus: *Bona, inquit, negotiatio eleemosynæ, nundine profecto mirabiles, parvo emere, magno vendere.* *Nas nobis nundinas Deus proposuit: Modico eme, quod magno ven- pax das in futuro seculo: eme panis fragmento, vili vestimento, frigide poculo: Amen dico vobis (inquit mercature do Man- tor,) non perdet mercedem suam. Si calix aquæ dignus est mercede; data vestimenta, date pecunie mercedem non sortientur multò majorem? dum he nundine durant, denus eleemosynam; salutem emamus.*

### §. I II.

**Q**uestio sexta multiplex: Cur iste dat stipem, & ille alter non dat? Cur bene nummati & magnis fortunis non raro minus dant, quam tenuis fortunæ homines, & à nummis minimè copiosi? Cur plerique omnes in egestate sumus, cum egenis dandum est? Quomodo quis celerrimè potest fieri dives? Quomodo Ecclesia Romana excrevit ad tantas divitias? His singulis & aliis talibus hic ordine respondebimus.

Primum erat: Cur iste dat stipem, & ille non dat, Rati- tametsi abundet? Eleemosynas dare, singulare Dei aliqui donum: divina gratia est, hanc Deus æquissimè iusti- dicis uni concedit, non concedit alteri. Paulus Ma- cedonas ab eleemosynis laudatur: *Notam, inquit, faci- cimus vobis fratres, gratiam Dei, que data est in Ecclesiis Macedoniæ, quod in multo experimento tribulationis abun- dantia gaudii ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum.* Quia secundum virtutem (*testimonium illis reddo*) & supra virtutem volun- tarii fuerunt. En, inquit Chrysostomus, ut non extollantur, tantæ liberalitatis opus gratiam vocat, & triplices Macedo- nian laudes conjungit, quod afflictiones frenetè ferant, quod Cris- misereri sciunt, quod in paupertate largissimas eleemosynas mihi exhibant. Nam sicut magna afflictio magnum gaudium, ita multa paupertas multas divitias peperit eleemosynæ. Non enim mensurâ dantum, sed voluntate exhibentium liberalitas esti- matur. Macedonibus non solum non oblitus ad liberalitatem paupertas, sed & occasio fuit exundandi, quemadmodum affli- ctio letandi: quod eum pauperiores erant, hoc liberaliores & alacriores stipem exhibebant.

Itaque si quereras, Cur isti & illi pauperes juvant, alii cœldem potius spoliant? Hoc habeo dicere, in- signem Dei gratiam esse animum prouum, & faci- lem ad dandum. Hunc quisquis habet, Deo grati- as reddat; quisquis eo caret, id gratiæ à Deo eni- xè postulet.

Alterum: Cur stipem sæpe parcilius dant homi- nes opulentii, quam plebii & male nummati? Hic Chrys-

*De quibus bonis fi- liusfami- lias potest dare ele- mosynam.*

*Complures hic & sub- siliores ex- ceptiuncu- las Tholo- gie relin- quimus.*

*Chrysostomus responderet: Sed ille, inquis, ac ille au-*  
*to. 65.13. in Matth. 10. 13. in Matis. 10. 13. in Mattheo pag.*  
*ri talenta non pauca posset, nec aliquid pauperibus pre-*  
*bet. Et quid hoc tuā interē? ino vero intrabilior ac ve-*  
*nerabilior videberis, si, cūm pauper sis, benignior ac libe-*  
*ralior eris. Tu non ad illos, sed ad communem omnium do-*  
*minum respicias, qui non habebat, ubi caput reclinaret.*  
*Quod di-*  
*vines non*  
*dent ele-*  
*mohynam*  
*non et ci-*  
*judican-*  
*dum.*

*Sophronius iter suum commemorans: Alexan-*

*driae, inquit, ad Ioannem Abbatem revisimus virtutis*  
*admirandæ, commiserationis maxima senem, qui*  
*ipso oecoginta annos religioso habitu Deo servit.*  
*Ab hoc quidam è rusticâ plebe aureum sibi com-*  
*mandari petuit. Ioannes ab auro pauperissimus continuo*  
*ad vicinum monasterium litteras dedit, & aureum*  
*exacto mente restituendum impetravit. Post elas-*  
*plum jam biennium Ioannes hominem monuit, &*  
*alienum redderet. Cui agricola: Venerande Domine,*  
*inquit, non possum; testem appello Deum: sed*  
*servitum & quidquid laborum vis impera, promptus*  
*execuar. Igitur tu meo, inquit Ioannes, consilio pare,*  
*& cū ab aliis laboribus vacas, hoc redi, & pro me*  
*precare, toties à me argenteum reportaturus. Ruffi-*  
*cus in conditionem prouisimus quotidie se seni stitit,*  
*& toties absoluto precationum penso, non argenteum*  
*solum, sed & cibum ac panes familiæ deferendos ac-*  
*cepit. Cūm istud vigiles quater fecisset, viginti qua-*  
*tuo argenteos à seni sigillatim acceptos, hoc est,*  
*aureum, seni reddidit, ita ære alieno exivit. Superil-*  
*quæ nova hæc nomis expungendi ratio, accipere,*  
*ut possis reddere! Ita nos sane à Deo accipimus, sed*  
*heu! accepta aut omnino non reddimus, aut malâ fi-*  
*de. Pecuniam Deus manibus nostris ingreditur. Hanc*  
*nihil per meos reddet; hoc tibi dono, ut tu meus des-*

*casus esse debitor, reddendo. Neque sic quidam offi-*

*cium facimus, fatui & improbi debitores.*

#### S. IV.

**T**ertium. Cur plerique omnes in egestate sumus, cūm egenis dandum est? Deus à luis olim victimas sibi voluit offerri è diversis animalibus petitas. Has subinde turpis avaritia impedit, cauflata sibi deesse sumptus in ejusmodi sacrificia. Hinc Isaías cum exprobatione questus: Et vos, inquit, qui dereliquistis Dominum, qui oblitis estis montes sanctum meum, qui ponitis Fortuna mensam, & libatis super eam. Hieronymus de hoc sacrificii genere: Est, inquit, in cunctis urbibus, & maximè in Ægypto idololatriæ vetus consuetudo, ut ultimo die anni ponant mensam referat variis generis epulis & poculum multo mixtum, vel praeredit anni vel futuri fertilitatem auspicates. Hoc autem faciebant & Israëlite omnium simulacrorum portentos venerantes. In horum cultu nemo expensas obiectabat: cūm verò divinis libaminibus aliquid impendendum fuit, tenuitatem rei familiaris plurimi excusabant.

Ita profus Christianorum non patui agunt, fortunæ mensam ponunt. Cūm fruenda sunt convivia, sat nummorum est; cūm vestes ad luxum concinnaðæ, sat nummorum est; cūm lauta supelix adornanda, sat nummorum est; cūm numerosi famuli, cūm alëi canes & equi, sat nummorum est; cūm fautores comparandi, cūm aliqui muneribus corrumpendi, cūm jam ante divites donis conciliandi sunt, sat nummorum est; cūm Lubentiae ac Voluptati litandum, non minus nummorum satis est; ubicumque ostentationis negotium agitur, sat semper nummorum est;

Tom. II.

A cūm autem egenis dandum est, hic exhausti sumus, heu nihil nummorum est. Ita mensam fortunæ ponimus, aram Deo dicatam sacrificiis nudam defituimus; ad pleraque omnia abundamus, in eleemosynis dandis malitiosa nos egesta tenet. Quod impavidè Chrysostomus exprobans: In venirem, inquit, ac temulentiam, Chrysostomus exprobans: In venirem, inquit, ac temulentiam, Ep. in Ep. ganeam sumptus faciens inquam paupertatis meministi; ep. 2. ad ai cūm sublevanda cuiusdam paupertas est, quovis egenior existit.

Quartum. Quomodo quis celerrimè possit fieri dives? Romanus sapiens optatissimum ditescendi attem traditrus: Quid in longum, inquit, ipse te differt, cūm fieri possit statim dives? Representat opes sapientia, Sene. ep. 17. in fine, quas illi tribuit, cui supervacuas facit. Atque ut Lucilium artifici pronuersi cupidum reddat: Docebo inquit, quo modo fieri dives celerrimè possit, quod valde cupis audire. Nec immixtus, ad maximas te divitias compensariā du-

*cam. Quantitatemque est, satis erit, si quidquid deeri, id à nobis petierimus. Nihil enim interē, utramque d' fidere, an habeas. Summa rei in utroque est eidem. Nec illud precipio, ut aliquid naturæ negas; cūnumq[ue] est, non potest vinci, suum poscit: sed ut quidquid naturam excedit, scias prece-*

*rium esse, non necessarium. Esurio: edendum est. Vtrum vero panis sit plebejus an sanguineus, ad naturam nihil pertinet. Illa ventrem non delectavi vult, sed impleri. Sitio: virum aqua sit ex laca proximo excepta, an ea quam nullā nivē aqua aus-*

*clusero, ut rigore refregetur alieno, ad naturam nihil perti-*

*vinum in-*

*net. Illa hoc usum jubet, statim extingui. Virum sit aureum*

*vires circu-*

*poculum, an crystallinum, an murribinum, an Tiburinus ca-*

*lis, an manus concava, nihil refert. Finem omnium rerum*

*spelta, & supervacua dimittit. Rames me appellat, ad proxi-*

*cipiat. Ho-*

*ma queaque tendatur manus: ipsa mihi commendabit, quod*

*consecutus est, quod namquam diviti contingit, finem. Num-*

*quam parum est, quod satis est. Namquam multum est, quod*

*satis non est. Quod naturæ satis est, bonum non est. Invenius*

*est, qui concupisceret aliquid post omnia. Neminem pecunia*

*divitem fecit: inīd contrā nulli non maiorem sui cupiditatēm*

*incusit. Quærás, quis sit hujus rei causa? Plus incipit habere*

*pose, qui plus habet. Iste, si mihi credis, pauper est. At ille qui*

*se adit, quod naturæ exigit, compostū, non tantum ex-*

*tra sensum est paupertas, sed etiam extra metum. Nam*

*quod ad illos pertinet, apud quos falsa divitiarum no-*

*men est. Sic divitias habent, quomodo habere dicimur fe-*

*brem, nam illa nos habeat. E contrario dicere debemus: Fe-*

*bris illam tenet. Eodem modo dicendum est, Divitiae illos te-*

*nenit. Nihil ergo memuisse te malum quād hoc quod nemo*

*monet satis: Vt omnia naturalibus desideriis meritis, qui-*

*bus aut gratis satisfacti aut parvo. Tantum misere vitia des-*

*derit noli. Ambitus non est famæ: contenta est desime-*

*re; quo destinat, nō roris curat. Infelicitæ luxurie ista*

*tormenta sunt. Querit ea, quæmadmodum post saturita-*

*tem quoque esuriat, quæmadmodum non impletat ventrem,*

*sed faciat; quæmadmodum statim primâ porione sedatam*

*revocet. Id alium est ab illo mundi conditore, qui nobis vi-*

*vendi jura deserit, ut salvi effemus, nos delicati. Ad salu-*

*tem omnia parata sunt & in promissu: deliciis omnia misere*

*ac sollicitè comparantur.*

Ars ergo ditescendi præclarissima est, superflua

non querere, ultra necessaria non desiderare, modi-

co contentum vivere. Discamus hanc artem, & num-

quam deerit, quod satis est.

Ecclesia

Romana

eleemosy-

nis ad ma-

ximas ex-

evit di-

fensim vitias.

*Part. I. c. 9.  
Vide Enf. b.  
I. 4. c. 23.  
Luso 175.  
eodam Cae-  
sar Baron.  
10.2.*

sensim Ecclesiam optimis consilii rectat, sed etiam largissimis eleemosynis variè laborantem suffulit, ut supra demonstration est. Soteris sacram liberalitatem ubi locorum pauperes Christiani, sacrorum inopes ministri, principue vero ad metallum damnati, insigniter sunt experti. Nam Soter longissime diffitas Ecclesias non litteris modò erexit, sed & pecuniis sublevavit. Dionysius Corinthiorum Episcopus affirmat, hæc liberalitas officia ab incunabulis adolevit, & cum Ecclesia. Nec immergit miremur tantum opum abundantiam Ecclesiæ principi jam ab ejus exordio collatum, ut ea non tantum sufficeret ad pauperes Romanæ alendos, sed ad alias etiam remotissimas orbis Ecclesias foventas.

Soteris in egenos liberalitatem alii ordine secuti. Laurentius eam mente prædictus Valeriano Caesaris opes sacras inhici: *Frustra es, inquit, nam facultates Ecclesie, quas requiri, jam manus pauperum in celestes thesauros deportaverunt. Manus pauperis, sinus Abrahæ, gazophilacum Christi, thesaurus celi.* Ergo Ecclesiæ primævæ dicitas pepererunt. Eleemosynæ. Proximus ad opes gradus est inopes juvare.

## 9. V.

*Chrysostom. 8.  
Ambr. 10.  
5. 1. de of-  
fic. c. 11. &  
e. 25. mihi  
pag. 494. fi-  
nit capitulo.*

**Q**uestio septima: Cur in supremo iudicio de eleemosynis sententia pecularis ferenda? Ambrosius cauillarum aliquid attingens: *Bona, inquit, misericordia, que & ipsa perfectos facit, quia imitatur perfectum patrem.* Nihil tam commendat Christianam animam quam misericordia; neque quisquam magis beatus quam qui intelligit super pauperis necessitatibus. Hinc Bibliorum phrasis Iustitia nomen obtinet misericordia. Hæc enim ad omnem virtutum genus adipiscendum insigniter facit, & cælum referat non fallaci clave. Oigitur quanto melius est, clamat Ambrosius, salutem habere sine pecunia, quam pecuniam sine salute?

Sed ad hanc ipsam questione dissentissimum beatus Leo respondens: Cum venerit filius hominis, inquit, in maiestate sua, & seferit in throno glorie sue, & congregatis omnibus gentibus bonorum & malorum fuerit facta dicretio, in quo laudabitur, qui ad dexteram Dei stabunt, nisi in operibus benevolentie, & charitatis officiis, que Iesus Christus sibi impensa reputabitur. Quoniam qui naturam hominis suam fecit, in nulo se ab hominâ, humilitate discrevit. Sinistris vero, quid obijicietur, nisi neglectus dilectionis, duritia inhumanitatis, & pauperibus misericordia denegata? quasi nec alias virtutes dextræ, nec alias offensiones habeant sinistri. Sed illo magno summoque iudicio tanti estimabitur vel largitatis benignitas, vel tenacitatis impietas, ut pro plenitudine omnium virtutum, & pro summa omnium commissorum, & p. unum bonum isti introducantur in regnum, & per unum malum illi mittantur in ignem eternum. Nemo igitur, dilectissimi, sibi blandiatur de illis bona vita meritis, si illi desuerint opera caritatis.

Questio octava: Quæ demunt ars omnium quæstionalissima? Num mercatura? Scimus: piper parit pecuniam. Num usura? Quæ dormiendo nummos cudit. Num medicina? Notum: Dat Galenus opes. Num Jurisprudentia? Quæ pauculas pagellas non raro multis vendit aureis. Num gemmarum mangonium? quod saepius multa philipporum millia simul trahit. Num ars typographica? Belgium certè typographos monstrabit ditissimos. Questio posita Chrysostomus respondens: Ars, inquit, est eleemosyna, & omnium artium questionalis. Si enim proprium est artis, ad aliquam utilitatem pervenire, eleemosyna vero nihil est utilius, clarum est profecto quod est ars, & omnium artium est optima. Non enim nobis conficit clementia, neque vestimenta contexit, neque has luteas domos edificat; verum æternam ministrari vitam, ex mortis manibus eripit, & in utramque vitâ clara exhibet, & mansiones edificat in calo, & æ-

*Chrys. 10. 5.  
ho. 33. ad  
pop. Antioch.  
mibi pag.  
216. &  
seqq.  
Eleemosynæ  
est ars  
omnium  
artium quæ-  
stionalissi-  
ma.*

terna parat tabernacula. Atque si des panem, eum habens sum, ad perfectionem artis pervenisti. Melius est hanc scire, quām esse regem, & diadematæ coronari. Hæc & Sophisæ & oratorib[us] te potentiorē facit. Hæc te docet, quonodo posse Deo simili fieri, quod est omnium summa bonorum. Hæc Christi adflat tribunal non tantum patricianos, verum & ipsi persuaderem judici, ut reo patrocinium praefest, & pro eo sententiam ferat, & licet milles peccaverint, coronat, & victorem promulget. Et hoc super omnia dicit homo, quoniam & hoc est homo. Nam eleemosyna facit hominem esse hominem, in Deum. Estote misericordes sicut pater vester.

*Luc. 5.*

Quæstio nona: Cur obsecro Deus sic urget eleemosynas? Suam Deus gloriam in rebus omnibus & nostram utilitatem spectat. Cum autem è virtutum chorox illa homini Christiano sit utilior misericordia, seu sacrâ liberalitate, hanc ideo potissimum nostro bono expedit. Sed licet hæc vicissim querere:

*C*ur Deus pecudes & bruta animalia tam follicitus curat? jumenta statu tempore ab omni opere vult ferri, os bovi trituranti alligari non vult: *Numquid de bobus cura est Deo?* Est lanæ, & vel ideo potissimum, quia mutu animantes sibi necessaria non possunt perttere, Deus ipsarum actor & cauſidicus petet. Tales omnino sunt pauperes sapientissime; calamites, angustias, necessitates suas expondere vel non possunt, vel non audent, aut certè non sinuntur loqui, quod in rem suam est. Impudentiores aliqui inter modestos pauperes non numerandi; lolium sunt, non miscendi tritico. Ceteri pauperum velut boves aratores sunt, quos quotidianus fatigat labor. De his profecto bobus cura est Deo.

Neque vero dubium, quin multa millia hominum regenorū nullam egestati sua cauillam dederint, sed à omnibus pauperibus patentibus pauperes, & patrimonio omnis modis in hibis sicut nat. Hi manu vitam duroque tolerant labores. Itaque paupertas eorum non ab otio aut luxu, sed à divino permisso ac iussu est. Quos enim amat Deus, eos & castigat. Hinc magistrâ paupertate innumerum vitam agunt vitiorum expertem, sceleris puri, divinis oculis probati sanctique. Atque ideo tanquam singulares Dei amici observandi, & modis omnibus juvandi sunt.

## 9. VI.

**P**orrè eleemosynæ non tam pauperibus necessaria, quæ ditoribus sunt fructuose. Eleemosyna ne divisa verisimiliter plus prodest danti quam accipienti. Quod bus sunt Abraham non ignorabat. Hinc peregrinum cum duobus aliis excepturus: *Domine, inquit, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transcas servum tuum: sed afferam pauxillum aquæ, & laventur pedes vestri, & requiescite sub arbore. Pote námque buccellam panis, & confortare cor vestrum.* Hac animi submissione peregrinos loqui decüsserit: illi enim beneficium erant accepturi, quod in eos ab Abraham collatum est. Verum Abrahamus non nescivit eleemosynæ plus prodest danti quam eroganti, sapienter præverit, occurrit, adoravit, rogavitque sedulò, ut sibi parentur bene fieri. Eleemosyna profecto plus prodest eam expedienti quam recipienti. Veritas id affirmat: *Beatus dare quam accipere.*

Quod præfici Patres mentibus nostris altissimè impresum cupiebant. Hinc illi toties & tan contente vociferantur: *Cum eleemosynas das, magis accipis quam das. Ambrus apertissimè beneficium largientis,* inquit, *præbenti magis permanet quam suscipienti.* Nam misericordia quidem ac indigeniem perenit gratia autem multiplicata mercede permanet tribuent. Esurienti dedisti panem: ille quidem pastus est & refecus, sed ad te redit, quod dedisti cum fructibus & usus. Quod si difficile putas, considera frumentum, quod seminatur in terra, si non ad seminantem potius mercede quam ad suscipientem lucra cedit: ita etiam dum cibus tribuntur

*tur*

tur indigentibus, cum multo favore divine gratiae restitueretur in posterum. Sit ergo tibi simis agriculturae bujus, initium celebrium sationum. Nec aliter Chrysostomus: Est, inquit,

*Chrys. 5. de elemosyna, cùm de proposito, cùm de liberalitate, cùm abunde paret, mibi fit, cùm te non tam dare censes quād accipere, cùm quasi in-*

*14.745. idem te, non quasi amittentem confidens: quoniam qui-*

*dem nō si exsimaveris, non est gratis. Non est eque*

*4.60m. 1.17. lucrum vobis & pauperibus. Nam vos quidem si dederitis, ca-*

*ep. ad Phil. 1.17. mibi 1014. dabitis, que & brevē tandem volentes volentes resignabitis,*

*alioquin cedetis: que verò vicissim recipitis, admodum magna,*

*in mīl. multa majora sint. An non hic vobis est animus, ut exsimi-*

*metis vos dando accipere? Nemo contribuat nisi qui seipsum*

*ita disposerit, tamquam magis accipiat quād det, tamquam*

*immunita lucretur, tamquam beneficium magis capiat quād*

*largiatur. Neque enim simpliciter dare, elemosynam est facere,*

*sed prompto alacrius animo dare, ut eum decet, qui gratiam*

*accipit. Quidam reges sibi adoptantes, non putant se magis*

*dare quād accipere. Adopta tu Christum, & habebis plenum*

*securitatis. Evidet prorsus animi Augustinus: Noluit*

*Deus, inquit, ut perdas divitias tuas, sed ut locum illius mutes.*

*Modo si am̄us tuus intraret in domum tuam, & inventaret te*

*in loco būmido posuisse frumenta, daret tibi hujusmodi confi-*

*bunt: Rater, perdis quod cum magno labore collegisti; in loco*

*būmido posuisti, paucis diebus ista patrescunt. Et quid facio?*

*Leva in superiora. Audires aunciam suggesterentem, ut frumenta*

*levares de inferioribus ad superiora, & non audis Christum*

*momentum, ut thesaurum tuum leve de terra ad celum, ubi*

*non hoc tibi reddatur, quod servas, sed serves terram, accipias*

*celum; serves mortalia, accipias eterna.*

Similes affiguntur causae, cur Deus sic urgeat eleemosynas. Sed hic pāne idem quod de magnete di-

xerim. Quod magnes ferrum, non argentum, non sil-

ices, non aurum trahat, vis prorsus occulta est, num-

quam fatis penetranda. Idem de eleemosynis affir-

mandum. Vis admiranda. Vis plane abdita illas com-

mendat, nec verbis sat explicanda.

Anno Christiano millesimo quingentesimo Luf-

ta mulier Ebora ad extremum perdita, quinque

jam annos & quadraginta in omnium flagitorum

ceno volutata fcelerum turpitudini addidit paetam

malo dæmoni servitutem. Hanc ille jugo durissimo

exercebat, itaque opprimebat, ut, cùm oculi aureisque

ad nefanda omnia patenter, illa tamen mulier nec verba

Ecclesiastæ audiret, nec mysteria rei divinae cerne-

ret. Sed curam illius non abiecit qui eam condidit, qui

redemit Deus. Adstiterat illa mendico morienti, eique

se liberalem ac sedulam praetiterat extremo tempore.

Paucis post diebus imaginem defunctorum conspicere vi-

sa est, & audire hec verba. Eleemosynas tuas in Dei

conspicuum tuli, ejusque elementiam exoravi, ut pro

iusti referretur gratia. Ipsius nunc permisit ad te ve-

nio, & hortor: age pœnitentiam, exomologe si culpas

clue. Cùm autem hortantis monita perfluerent aures,

nec animo reciperentur, eadem vox iterum ac ter-

tium auribus illapsa non modò spem venia, sed &

viam ostendit.

Vis ingēs sed occulta eleemosynis ineft. Si enim te-

nue beneficium, si duo æris minuta, si pars unicus vel

ab invito projectus tantum potuit, quid non poterunt

eleemosynæ voluntariae, liberales, copiosæ, affectu-

grandi exhibere? Vim arcanam tegit misericordia.

Sed num, mi Lector, primam ac profundissimè pe-

titam causam, cur Deus sic urgeat eleemosynas, quæ-

ris? En ipsam. Res nota: tantò plus alium amamus,

quanto cum nobis similiorem cernimus; amorem &

amicitiam conciliat similitudo. Atq; Deus in nullo

mortalium evidenter suæ naturæ similitudinem,

quād in homine misericordia certit. Sapientiam Dei,

potentiam & justitiam, immensum in Deo amoris

incendium, æmulari humane imbecillitatè negatum;

ad æmulandam verò misericordiam læpissimè provo-

catur. Hinc Deo charior, qui Deo similior, simili-

rem facit misericordia.

## CAPVT VI.

Viginti quinque eleemosynarum fructus summatim explicantur.

**M** Agnoscit Nazianzenus: Fac calamitoso sis Greg. Naz.  
Deus, Dei misericordiam imitando. Hoc est omnium orat. 16. de  
landatarum virtutum prestantissima, hac est felicitatis co- pauperum  
mes, hac asidet Deo, & magna est cum ipso necessitate con amore.

juncta. Magna profectio laus à tali manu & calamo. Di- vinum aliquid hac virtus habet. Equis sublimius Homo e-

quād egredi Deum fieri? Facit hoc liberalitas: imi- teatos in Deum transit. Dei beneficio felicitatis sol nō sit eg

B oritur, pluviae stillant, fontes fluunt, segetes surgunt, tū Deus. plantæ germinant, arbores abundant, ær avibus, aqua pescibus frequentantur, pecudes crescent, omnia in alimoniam humanam: Deus etiam ingratissimos pa- scit. Ad indolem hanc divinam proximus accedit ho- mo misericors. Tullianum effatum novimus: Nihil ha- bet fortuna melius, quād ut possis; neque natura præstantius, quād ut velis servare plures. Fac velis; licet Deum fieri.

Hos tales fructus edunt eleemosynæ. De his expli- catè, sed succinctè loqui est animus. Ut nemo non sciat Eleemosynæ quād ingens, inæstimabile bonum sit misericordia fructus: eleemosynis exhibita. Illius fructus nunc ordine per- censemus.

## s. I.

**P**rimus eleemosynarum fructus: Eleemosyna pec- i. Eleemo- cata datur. Oraculum Tobiae & Siracidae novi testam- enti dele-

C enti: Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & peccata, non patitur animam ire in tenebras. Ignem ardorem extinguit Tob. 1.4.

qua, & eleemosyna resistit peccatis, & Deus protector est v. 11. Eccl. 6.3. v. ejus, qui reddit gratiam. Nec Danielis consilium Regi Nabuchodonosori datum ignoramus: Peccata tua Dan. 6.4.

eleemosynis redime, & iniurias tuas misericordis paupe- rum. Miserere inopum & miserorum, quisquis tibi vis

parcer Christum, per misericordia largitatem pecca- tum omne aut vincitur, aut declinatur. Hoc Chrylo- stomus explicatissimè docens: Non est peccatum, inquit, in c. 11. A- quod non posset purgare eleemosyna, quidvis non posset extin- dor. 10. 25. gue. Omne peccatum infra illum stat. Remedium est ad omne miseri pag. vulnus utile. Omnis iniustitia fomes est avaritia, sed hanc omni pag. 518. ab aliis eleemosynā Zachaeus. Quare imitare fratrem, Eccl. 2. 16. Luc. si vis pertinere ad patrem: fac quod Zachaeus fecit, ser. ult. mibi ut merearis, quod meruit. Similitudo officiorum simi- pag. 1174. litudinem exhibet meritorum.

**D** Secundus eleemosynarum fructus: Baptismus alter, 2. Baptis- elemosyna. His lavare, hic mergere, Christi jubantis mus alter elemosyna, vocem sequere: Date eleemosynam, & ecce omnia munda clemo- na.

Sunt vobis. Eleemosyna lavacrum animæ. Cum priscis patribus clarissime Hieronymus: Hoc, inquit, pre- v. 4. stat eleemosyna, quod & baptismus. Lustrali fonte semel

tingimur, hic centies, hic millies vel uno die licet da, non ex ablui. Ignis gehenna rore sacro extinguitur, Vermis opere opera- to, ut loquuntur Theolo-

conscientie pià largitione conteritur. Hic tamen Gregorius non silenda observans: Eleemosyna pretium, gi, sed per inquit, nos à culpi liberat, cùm perpetrata plangimus & ab modi impe- dicamus. Nam qui & semper peccare vult, & quasi semper in- tationis & eleemosynam largiri, animam non redimit, quam à vitis non d'ipso- compescit. Quod Paulus dilucidè affirmans: \* Si distri- nu.

buer, inquit, in cibos pauperum omnes facultates meas, cha- p. 1. 133. ritatem autem non habero, nihil mibi proficit. Contumacia \* 1. Cor. 6.

noxarum insanabilis.

Tertius fructus: Eleemosyna ad tribunal Christi patro- 3. Eleemo- na fidelissima. Nec enim solius patruncinatur reo, sed syna ad etiam tribunum

Christi  
patrona  
i. delictis  
Prov. c. 21.  
v. 14.

Iac. c. 2.  
v. 13.

Matt. c. 25.  
v. 41. & 42.

4. Eleemo-  
syna sacri-  
ficium o-  
pimis-  
mū, Deo-  
que gra-  
tisimum.  
Hebr. c. 13.  
v. 16.

5. Eleemo-  
syna colum-  
ba est ar-  
gentea alia  
auræ in-  
structa.

Chrys. to 5.  
hom. 7. de  
pauperibus.

6. Eleemo-  
syna opes  
tutissimo  
loco col-  
locat.

Cyprianus  
tract. de O-  
pere Eleo-  
synâ.

Aug. to 8.  
in Psal. 48.  
183. & 184

7. Eleemo-  
syna struit  
taberna-  
cula num-  
quam rui-  
tura. In orbe  
hoc nusquam  
non voces illæ  
personæ  
nant: Migrate, migrate!

quam rui-  
tura.

Virg. Eclog.  
9. initio.

etiam quod vult, persuadet judici. Solomonis sapientia id docemur: Munus als conditum extinguit iras, & do-  
num in sinu indignationem maximam. Eleemosynæ mode-  
stæ dum pauperibus sefi insinuant, iram judicis severi mitigant. Homo misericors blandissimâ vi devin-  
etum tibi Deum ac obligatum tenet, & non potest non sperare misericordiam. Iudicium sine misericordia illi, ait Iacobus, qui non fecit misericordiam Homo im-  
misericors fucus infuscunda est, & pomposa iuda, qua  
dominicam famam non pavit. Ideo aeternum erit mal-  
dicia. Audite arboreas sterilissimæ sempiternum  
flamme pabulum. Discedite à me maledicti in ignem e-  
ternum: Esurivi enim, & non dedidi mihi manducare.

Quartus: Eleemosyna sacrificium opimisimum, Deoque  
gratissimum. Clarissime beatus Paulus, Beneficentia, in-  
quit, & communis nolite oblitivisci, talibus enim hostiis  
promergetur Deus. Quod explicans Augustinus: Christiani  
sacrificium, inquit, est eleemosyna in pauperem. Non est,  
quod oves aut boves hic circumspicias, quos cultro  
destines, quos igni dones: canistrum aperi, dene vin-  
cula crurum, vestiarum arcam refera, hinc tuas pro-  
me hostias, panem, mōnetam, vestem; fanelicum pa-  
scere, nudum tegere, argenteum divide, & jam sacrificati.  
Sed caro, ne forsan recte offeras, & non recte dividas.  
Est qui sibi videatur in Deum liberalissimus esse, si  
dicat: Mi Deus, omnia mea tua sunt. En obtulisti. Iam  
etiam divide ac sacrificia. Videamus, quid possis aut  
velis in diuidendo & sacrificando. Scis illud yetus: Sa-  
crificandum Diis sine parsimonia.

Quintus: Eleemosyna columba est argentea alia aureis in-  
strutta. Columbam emisit e' suo carcere Noëmus:  
illa vesperi reversa viridem olivæ ramulum reporta-  
vit. Ad obitum nostri vesperam, ubi nos dolorum cinget diluvium, redibit argentea haec columba, & ramum refert oleaginum, fiduciam, pacem, lætitiam, im-  
mortalem gloriam. Aureas expandet alas, & in cœlum  
subvehet pios manes. Hunc eleemosyna volatum

Chrysostomus assignans: Pemata est, inquit, eleemosyna,  
& levis, aureas habens alas, ipsos supra modum detectans  
Angelos.

## §. II.

Sextus fructus: Eleemosyna opes tutissimo loco col-  
locat. Ecquis tuor cælo? Pecunia nihil fallacius,  
nihil fugacius; sed compedes illi necit, & injicit manus  
eleemosyna. Diffugere non possunt opes tot viduarum,  
tot pupillorum, tot pauperum manibus detenæ, Cyprianus  
hoc adstruens: Patrimonium, inquit, Deo creditum, nec sicut invadit, nec calumnia, foras ever-  
tit. In tuto ponitur hereditas, que Deo custode servari. Fru-  
mentum male retentum domi aut à vermis corro-  
ditur, aut acquirit alas, & evolat; abjectum in terram  
messem parit copiosam. Pecunia loculorum carcere  
conclusæ fugiunt, in egenum vulgus sparsæ remanent,

& fructus sunt. Infigiter dixit Augustinus: Ponant  
pueri in thesaurario, & securi sunt; t'ponis in manu Christi,  
& times? Esto prudens, & profice tibi in posterum in celo.  
Nunc Christiani est preparare sibi domum eternam in bonis  
operibus, mittere ante se sumptus, sequi opera sua, attendere  
comitem egenem, non contemnere Christum ante janum ul-  
cerosum. Manus pauperum arca fidissimæ thesau-  
rorum.

Septimus: Eleemosyna struit tabernacula numquam  
ruitura. In orbe hoc nusquam non voces illæ personæ  
nant: Migrate, migrate!

Vrbs antiqua ruit, veteres migrate coloni.

Vbiq; nobis occinuit: Exi hostes, exi, da locum alteri. Edificia etiam firmissima multo demum senio col-  
labuntur. Nusquam mansio, nusquam civitas perma-  
nens, nusquam tabernaculum expers ruinae, nisi in cœlo, ubi eleemosyna domos ædificat aureas aeternis sa-

culis mansuras. Eò digitum intendens Christus: Facite <sup>Lut. 1, 16</sup> vobis amicos, inquit, de mammonâ iniquitatis, ut, cum defe-<sup>v. 9,</sup>  
ceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Vis splendidas domos ædificare. Non prohibeo, sed ædifica in alto, super solidum; non in imo, non super are-<sup>Greg. 1, 4;</sup>  
nam, Gregorius certa fide commemorans. Iuxta <sup>dialog. 1,</sup>  
nos, ait, habitat futor, cui nomen Deus dedit, <sup>36.</sup>  
vir ex ase pius. Hic sui opificii summè sedulus, quid-  
quid pecunioꝝ per hebdomadæ tenui vieti vesti-  
tupe superfluit, sabbato in pauperes erogavit. Hinc  
alius quidam Deo monstrante vidit, eximiam domum  
huic viro ædificari, sed solis sabbati diebus. Eleemosynæ  
domos non marmoreas, sed aureas, sed gemmeas,  
sed æternas architecutur.

Octavus: Eleemosyna divitiæ auget minuendo, cumulat <sup>8. Eleemosynæ</sup> erogando. Imperium hominis in aurum breve ac solli-  
citudo plenum est. quis umquam perpetuus opum <sup>lynacritas auge-  
minuendo cumulando ergando</sup> dominus fuit? aliqui diebus pauculis, aliū hebdomadi-  
bus aut mensibus non multis, in annos alii plures pau-  
ciores numerant argentum; monstrate divitum cœ-  
tum annorum: ubi hoc montrum vivit? Eleemosyna  
divitias in omne ævum colligit fruendas. Non poteris non habere, quod ita dederis. Quod conseruans  
Augustinus: Det unaquisque, ait, non perit, quod dat. Non <sup>Aug. 1, 13,</sup> dico hoc. Non perit: sed dico. Hoc solum non perit. Alia vero lib. 80, 10  
que non dederis, & abundant tibi, aut cum vicis, amittis; aut militare  
cum moreris, dimittis. Nihil uniuscujusque tam est proprium, quād quod eleemosynis fecit alienum. Quid Chrysostomus, ubi pecuniam depo-<sup>hom. 1, 10,</sup>  
nare Christus suscipere paratus est, & deposita tibi seruas, hi pag. 21  
nec tantum servare, sed etiam multiplicare, & cum fanore multo reddere. Pro pecunie tua custodia non repetit mercede, sed eam ipse reddit. Quā igitur sumus excusatione digni, quā veniā, quando custodiæ valentem, & pro custodiæ gratias habentem, & pre ea premia reddentem præterimus, & nostra tradimus custodi debili, qui gratiæ se facere putat, si nihil commissorum intervertat? Eleemosyna perdendo ser-  
tur, augetur, multiplicatur.

Nonus: Eleemosyna pecunie profanissime sanctimoniam <sup>9. Eleemosynæ</sup> induit. Sanctum est aurum, quo captivi redimuntur, lyna pecu-  
nia virgines de pudicitia perlicitantes matrimonio, niz profi-  
cuntur, quo peregrini aluntur, quo viðæ suble-  
vantur, quo inopes alii juventur. Ita lex Moysi impe-  
rans: Loqueris, inquit, in conspectu Domini Dei tui: Attuli  
quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Levite, & v. 13,  
advene, & pupillo ac viðus, sicut iusti mihi. Flagitiosa est  
pecunia, quæ superbia, quæ libidini, quæ avaritia, quæ  
alii famulatur flagit. Quis pecuniæ illam non ap-  
pellet impianum, quæ saginatur cupiditas, quæ castitas oppugnat, quæ veritas jugulatur, quæ perfidia nutritur, quæ superbia erigitur, quæ gula pascitur, quæ fi-  
des corrupitur, quæ tribunalia evertuntur, quæ inno-  
centes opprimuntur? Dei donis sapienter ac sobrie  
utendum, ne materia honestæ actionis causa fiat  
impunitatis. Opes quæ miseris opem afferunt, veræ  
opes sunt.

Decimus: Eleemosyna pauperi data, non aliter quam <sup>10. Eleemosynæ</sup> Christo ipsi donata remunerabitur. Res hac summi momenti, & altè animo combibenda. Christus in suis pauperi data, non esurit ac sitit, Christus nudus, Christus hospes, Christus captivus est. Sol meridianus verba Domini-  
ca: Efurivo, & dedistis mihi manducare; sativ & dedistis ipli domi-  
mibi bibere; hospes eram, & collegistis me; nudus, & ope-  
ta remunerasti me; infirmus, & visitasti me; in carcere eram, & nerabim  
venisti ad me. Amen dico vobis, quam in secessisti ex his <sup>Matt. 10, 42</sup>  
fratribus meis ministris, mihi fecisti. Quasi foenus traje-  
ctum facimus; hic damus, ibi recipimus; in terra <sup>legg.</sup>  
Christus accipit, in cœlo reddit. Noli de accepto <sup>Di 6, 17</sup> hominum  
dubitare, noli diffidere de reddente; certissimi nomi-  
nis, amplissimæ solutionis debitorem habes; tuum est <sup>propter</sup> inpanis  
cœlum, modo illud utrâque manu attrahas. + morte

## §. III. Vnde-

## §. III.

**V**NDECIMUS FRUCTUS: Eleemosyna mercatura utilissima. Facta est quasi navis insitoris de longe portans panem suum. <sup>2</sup>Affis unicus pauperi datus centussem parit certissimo lucro. Beatus Leo huc mercaturam suadens: Substantia tua, inquit, cùm bene erogatur, augetur: & concupiscere justum misericordiae lucrum, est exterius quæstus sectari commercium. <sup>3</sup>Afirmat Plinius, <sup>4</sup>Cordubam & Carthaginem è foliis cardui sativis angustiis incredibilem pecuniam sumam sibi conflare. Prisci scriptoris verba sunt: Certum est carduo apud Carthaginem magnam, Cordubamque præcipue, festertia sena millia, ut parcus reddere. Sunt cùtum quinquaginta millia philipeorum. <sup>5</sup>Adit; Quoniam portenta quoque terrarum in ganeam veritus, etiam ea quæ refugium quadrupedes conscientia. In Epiro, quæ Venetorum terra est, quotannis è solis cephalorum piscium ovis, <sup>6</sup>viginti millia duatorum colligunt. Ludovicus Guicciardinus, ut rem certam aferit, in Bataviâ è butyro tanum & caseis quoq[ue] anno decies centena millia coronatorum, ipsum axi millionem redigi. <sup>7</sup>Mercatura est lucrosissima. O Christiane, mercatorem age, negotiationem exerce. Da panem, & accipe paradisum; da numnum, & recipe regnum; da mortalita, da peritura, & immortalis & eterna brevi conquestris. Eleemosyna mercatura est, sed illius naves nullo merguntur mari.

DODECIMUS: Eleemosyna usura laudissima. Salomon, ut iam suprà demonstratum est, apertissime id pronuntians: Feneratur Domino, inquit, qui miseretur pauperi, & vice studiū suam reddet ei. O sapientissime dictum! Non dixit: Deo ponat, sed commodat, sed scenori dat. Avaritiam nostram & insatiabilem cupiditatem solatur, nobisque Deum ostendit esse obligatum. Quid ergo, Deum judicem an debitorum malum? Demus pauperi, itaque sceneremur Domino, & pro severo iudice debitorum humanissimum experiemur Deum, qui se pro paupere & yadim & pinguis statuit. Leo proxime laudatus: Deus, inquit, fidejussor est pauperum, & largissimus redditor usurarum. Demus in usuram, ait Augustinus, sed demus Deo non homini. Quod suavititer expedit Petrus Chrysologus, & Deum debitorum nostrum fidenter alloquens: Domine, inquit, tu vidisti, quia in thesauris tota fides, tota spes in sacculis sit avaro. Et ideo impuritatem in celo sacculos visparari, ut qui te non sequitur ad celum, sequatur saltē sacculos suos. Avare fac tibi sacculos, & fac iubente Deo: quia votis tuis annuit divina maiestas. Sed tibi sacculos erogando, quia quidquid pauper accepit, Pater celestis suscepit. Et ubi recondit? in celo. At ne forte perdidisse te doleas usuram, tenuitum in celesti favore recipies, quidquid in celum paupere transmisseris perferente. Eleemosyna omnino usurarum longè fecundissima est usura.

DICIMUS TERTIUS: Eleemosyna scientiarum & artium omnium multò lucrosissima est. Philosophiam, ajunt non facere ad lucrandum panem. Calumnia est manifesta. Nam unica pars Philosophia, seu Mathesin, seu Geometriam dixeris, novum orbem reperit, è quo nostrum in auravimus. Talis sententia, talis ars atque studium est eleemosyna, modico pretio domos amplissimas maximas inaurat.

NOVEM ATHENIENSIVM ARCHONTES, hoc est, summi Gubernatores, ut Suidas refert, cùm magistratum inibant, publicè jurabant, observavuros leges, neque passuros donis se corrumpti. Si quis ipsorum fecerit, hunc multæ nomine statuam auream corpori suo æquilebrem Delphis posuitur. Lex nobis posita est hæc vocalia D A T E; sed annexam habet promissione lex ista E T D A B I T V R. Da pauperi, & auream tibi statuam in celo collocasti, teipso centies major-

A rem. Hæc illa tam arcana quam lucrofæ est scientia, intelligere super egenum & pauperem, & metallo vili aureos montes facere suos. Rex Salomon eburneum regale solium purissimo vestivit auro, iis sumptibus, coque artificio, ut regum fasti testentur: Non esse factum 3. R. g. c. 16. tale opus in universis regnis. Omnibus vel magnificentissimis regum operibus hoc unum antecelluit. Vbi nunc illud Salomonis solium est, ubi lamine illi affixæ? Vtrexni Christiane, scientia misericordia, argenteam in pauperes manum extende, & solium ex auro solidissimum Salomoneo sublimius, magnificentius, diuturnius, aeternum in celo tibi postulisti. Rex eris, & in omne ævum folio tuo gaudebis; mors nulla teminde detrahet.

DICIMUS QUARTUS: Eleemosyna tributum est, quod Regi 14. Elecolorum meritisimo jure penditur. Chrysolomus velut molyna tributi hujus diligentissimus exactior: Hec, inquit, ante tributum est, omnia solvamus tributa omnibus ex causis. Multa namque elecolorum facilitas est, & major merces, & quæstus amplior, & ingratos meritisimè preuentibus majus supplicium. Copiosus ac vehemens mo iure fuit auctus hic orator in jurandi ac pejerandi consuependitur. fine abolenda, non minus tamen in eleemosyna extorquendā: Cracior, inquit, & doleo, quod neque rerum experientia, neque tot & tales Dei promissione, neque timor futurorum, neque quotidiana admonitiones nostre apud tales proficiunt. Non tamē cessabo, etiam sic, ab hoc consilio, donec h. 4. mibi continuatè importuna tandem vixit resipiscere ipsas fecero, pag. 15. & à pecuniarum aviditate, quæ mentem eorum obtenebat, eriere valuero.

Hic ergo quilibet assiduè monendus & urgendus: Redde quod debes, redde Eleemosynam quam egeno debes, hanc redde. Vicerat Paulus, & urget: Redde v. 28. ergo omnibus debitis: cui tributum, tributum; cui redigal, redigal, Rom. c. 13. redigal. Hoç idem Christus ipse postulans: Redite, v. 7. inquit, qui sunt Cesari, Cesari; & que sunt Dei, Deo. Matt. c. 22. Hoc autē tributi genus inter eleemosynæ fructus numeramus, quia quidquid Christo est tributum, nobis fit donum, atque sic tribuendo longè verius accipimus quam damus. Redite ergo, reddite, quæ sunt pauperis, pauperi: reddite, quod prius accepistis, & quod reddendo copiosius recepturi estis.

DICIMUS QUINTUS: Eleemosyna fama optime conciliatrix, 15. Eleemosyna prefantissima. Salomon id sūp calculo probans: Misericordia & veritas, inquit, te non deserant, circunda fama operas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui: & invenies gratiam & disciplinam bonam coram Deo & hominibus. Eleemosyna, inquit Chrysolomus, in utrâque vita clarosexistebit, in istâ famam comparans preclaram, in illâ gloriam tribuum eternam. Vnixerat Magdalena pedes Domini, Prov. 3. v. 3. & 4. ac capillis extiterat, & omnis dominus unguenti odo- 10an. c. 12. ribus impleta est. Vnguentis Christi pedes perluntur, v. 3. tergunt capillis, qui pauperes alunt eleemosynis: ita civitatem totam, provinciam, regnumve totum famæ melioris oder permeat. Da egenis, & Domini pedes teristi. Multa quæ tibi superflua sunt, Domini pedibus necessaria. Nemo est, qui virum in pauperes liberalem non commendet, non celo extollat. Illustrius ac beatius est dare quam accipere. Natura nobis ubicunque in exemplum dando prexit. Cœlestes orbes dant lumen, & arcana subtilia innumerabiles: ex alto nobis sol, pluvias, & omne fertilitatis ministerium: Ignis dat calorem, & multiplex ad vitam comodum: aër dat aves: aqua dat pisces: terra fructus porrigit: animalia carnes & lanam præbent. Æternus Pater dedit Filium, Filius dedit seipsum in trabe immolandum. Quid nos, dum tantum accipimus? Res magna, si prius accepta reddimus, ut & ipsa redditia, scenore miliecuplo recipiamus. Æmulemur naturam, & conciliemus famam. Fama pessima est, avarus ille ac insatiabilis Euclio: encomium illustrissimum, vir misericors.

## §. IV. Dec.

## S. IV.

**D**ecimus sextus: *Eleemosyna hominem reddit Deo similem. Misericordia namque imaginem Dei misericordis, in homine misericordi pingit & efformat.* Beatus Leo: *Vbi Deus, inquit, curam misericordie, ibi & imaginem sue pietatis invenit. Dixerit olim Poëta:*

*Regia, crede mihi, res est succurrere lapsi.*

*Verius ego: Divina, prede mihi, res est pateris sube-* nire penuriam eorum sublevare. Verissime dixit Clemens Alexandrinus: *Imago Dei, homo beneficis. Signum, ut Nazianzenus loquitur, nihil adeo divinum habet homo, quam benefacere.*

*Divinitatis consequendae occasionem, o homo, ne abjice. Rex Hispaniarum, Rex Bohemiae, Rex Galliarum, Rex Poloniae, Rex Angliae, Rex Pannoniae, Rex Danie, magni tituli, sed a Regnis perituri; Dei titulus et. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis; misericors & misericor Dominus, longanimes & multum misericors. Placet assimilari huic magno Regi? Modum offendens Christus: *Estate misericordes, inquit, sicut & pater vester misericors est.* Addit Chrysostomus inter-*

*pres: Non dixit, si jejunies; neque dixit, Si suppliciter oraveritis, sed virginitem illasam servos, virtutem similes eritis patri vestro: sed quid? Estate misericordes. Hoc Dei est opus, hoc si non habeas, quid habes? Misericordiam vole, & non sacrificium. Frigidum est jejunium, sterili oratio, absque eleemosynâ. Nihil ita Deum attrahit, sicut Misericordia: non enim spina radix unquam oculum parit, sed olive: ita nec avaritia & radix eleemosynâ, sed misericordie. Deo facit similem, hominis miseri.*

**D**ecimus septimus: *Eleemosyna vires addit orationi maximas, eamque facit exaudiri.* Ita Tobias filio præcipiens: *Noli, ait, avertire faciem tuam ab illo paupere, ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini.* Vis à Deo audiri preces tuas? tu pauperum prius audias. Non persuadebis Deo quod petis, nisi antea pauperum Rhetorica te flexerit.

Audias subinde desideri & ignavum scribam dicere: Velle, ut calamus ipse scriberet, mea manu feiente. Hic simile quid: *Abconde eleemosynam in corde pauperis, & hac pro te exorabit ab omni malo.* Etiam si tu taceas; tua tamen pro te loqueretur eleemosyna, & quidquid volueris, impetrabit; nec unum aliquid, sed omnem malum à te submovebit, non orans solùm, sed exorans & impetrans, quod postulaverit. Addo: Non tantum eleemosyna tua, sed & pauperes eleemosynis tuis adjuti. Numen tibi facilissime propitiabant. Hi

namque apud Deum eo loco sunt, quo esse solent Principes, qui à regum cubiculis sunt. *Desiderium pauperum exaudiavit Dominus.* Primi admittuntur, præter ceteris omnibus exaudiuntur. Christus pauperis habitu mendicat: negas pauperi? ergo negas Christo. Si semper pauperem, semper & Christum exaudis. Tu jam ne dubita; vices rependet Christus, parem reponet gratiam, te orantem numquam non exaudiens. Quod beatus Leo confirmas: *Efficacissima est, inquit, ad exorandum Deum postulatio, cui pietatis opera suffragantur.* Qui suum ab inope non avertit animum, citio ad se Domini convertet auditum. b Chrysostomus vult domi, ubi solemus precari, arculum affigi, ut in eam semper prius eleemosynas conicias, quān preces fundamus. Eleemosyna nostris orationibus vim impetrandi tribuit: Eleemosyna victrix Dei.

**D**ecimus octavus: *Eleemosyna sic vincit & expugnat Deum, ut is hominem misericordem ubique protegat.* Sirades de eleemosynis disertans: *Super scutum parentis, inquit, & super lanceam adversus inimicum tuum pugnabit.* 1. Reg. c. 30. Rex bellissimus David, sed simul in eleemosynas promissimus, Amalekitam servum à suo domino deser- f. 11. & expugnat, ut is hominem misericordem ubique protegat.

**A**xus cibo ac potu refecit, & inter suos numeravit. Hinc David longè potentius eleemosynis quam scutis & lanceis, quam ullis armorum praefidiis, quam copiosis militum cuneis in omni periculo defensus est. Abraham & ipse belliscus, qui cum trecentis octodecim servis vernacula quatuor reges fugavit, plus hospitalitate ac eleemosynâ, quam pugnantium multitudine ac armis protectus, Deum familiarem sibi ac faventem semper habuit.

Nimirum quod Sirades testatur, Deus prospektor est ejus, qui reddit gratiam. *Meninuit in posterum, & in tempore casus sui inventet firmamentum.* De divite Hebræo Lazari carnifice narrat Evangelium: *Mortuus est Ihesus, dicitur, iste per eleemosynas nullum sibi stabile firmamentum, quo niteretur, paravit, id est sepultus est in inferno.* Eleemosyna stabilit, propugnat, protegit hominem, vincit Deum.

**D**ecimus nonus: *Eleemosyna messis geminata, rerum omnium incrementum.* Hoc Paulus paucis complexus: *Qui administrant semen seminanti, ait, & panem & manducandum prestatib, & multiplicabit semen vestrum.* Eleemosyna semini simillima ob plures cauillas. 1. Henni suo tempore sparsum in eam granorum fecunditatem crevit, ut illud vix nostris oculis credamus: eleemosyna nunc expensa, in vita hac semen, in altera se 19. Eleemosyna incrementum. 2. Semen occultatur glebis; eleemosyna mendiculus: fugit videri, iusta & statim odit. 3. Semen non arena, sed fertili terra committitur; eleemosyna non diuitibus, aut jam ante plenis, sed egentibus ac miseri tribuitur. 4. Semen non crevit nisi sepius rigatum; eleemosynam primam riget altera, riget tertia, & quarta, &c. riget commiseratio vera. 5. Semen moritur, ut cum usura reviviscat; eleemosyna perditur, ut cum foedere ad dominum suum redeat. 6. Semen vile aut mixtum similem sibi messem provocat, meliorem, melius; eleemosyna parca, tenuis, morosa, rara aut vitiosam segregem producit. 7. Semen non uno loco spargitur; eleemosyna in plures dividitur. 8. Semen brumâ operum latius provenit; eleemosyna præmio presenti viduata, & variis insuper miseriis cincta, æternas beatitudinis prouentos letissimos promittit. 9. Semen in viam aut saxa vel spinas jaustum interit; eleemosyna perit, cum in viam vanâ gloria cadit, aut ubi cor infimite ac laxum, vel divitiarum illecebris curramus spiritis obtutum offendit.

**A**ugustinus eleemosynam semini simillimam agnosces: *Opera misericordie, inquit, semina nostra sunt.* in p. 11. *Qui parce seminat, parce & metet.* Ergo qui multum seminat, multum metet, & qui nihil seminat, nihil metet.

Seminavit Christus pauculos panes, & supra novem milia hominum iis saturavit; reliquis panum, Daphnides modò septem, modò duodecim implevit. Prò quanta messis è tantillo semini! complures alii lanctorum hominum eamdem ejecerunt sementem. Ivo sacerdos vir notæ pietatis & doctrinae pane non magno conplurium egenorum famem sedavit. Arnulfus Suectionensis Præful quinque panibus, & totidem vini mensuris supra leptingtones homines abundè pavit. Richardus Cicerrensis Antistes pane bant, unico tria millia hominum saturavit. Eleemosyna messis est geminata: nam eleemosyna fructus tam in 15. Odo cruentum est in viam. *Citius* qui de Aranis potuit augere dando, potest & multiplice accipiendo. Tu modò non parcè semina, & ortum faciet fructum non trigelimum, sed centesimum, sed millesimum, sed infinitum. Si granum triticeum unicam spicam extruderet aream, aut gemmis nobilioribus refertam, topaziis, adamantibus, carbunculis onustam; superi! quis semini compareret? Hæc nostra est infan-

infantia (licet dicere) hæc nostra stultitia, aut insania; auro & gemmis inhiamus, æternitatis gazas in vili habemus. Tu modò semina, & quantum potes largissimè; omni auro gemmis omnibus pretiosiora metes. Eleemosynæ missis non solum amra, non solum gemmea, sed auro & gemmis atque amra fructuosa est.

**20. Eleemosynæ Sanctorum omnium prima causa**, sumnum studium, parentis nunc adjumentum. Tot singulares Numinis amici, tot homines sancti virtutibus exercendis sibi nonnumquam dissimiles fuerunt. Hic quidem silentio, ille submissione, iste patientia totum se consecravit, alii alio virtutibus magis studuerunt. Cum exercendæ misericordiae fuit occasio, sibi omnes simillimi fuerunt: unum eorum omnium patrem suissi dixeris. Hic unus omnium ardor & spiritus, vultus & color unus; in eleemosynas non prout tantum, sed & effusus omnes fuerunt; ut eos non fratres tantum, sed & gemellos agnoscas universos incredibili benignitatibz similitudine.

**A** *Constantini Cæsar Pachomius annos vi-* gintiatus militie nomen dedit. Hic inter militares copia cistro dum signa sequitur, ad aliquam Christianorum civitatem pervenit. Ab incolis humaniter prorsus ac benignè habitus, ut Christi lex juber, interrogare instiit, quodnam hoc genus hominum sit, in liberalitatem ac misericordiam adeò effusum? Vbi audiit, Christians dici, alia atque alia de illorum moribus quæsivit. Iamque arbitris remotis solus, cælo manus attollens: Mi Deus, inquit, si mihi tui nominis veram contuleris notitiam, tibi uni jugiter adhærebo, tibi serviam. Dixit & fecit: sacramento militari solutus, in Thebaïdem abiit, ubi salutis fonte iustitius disciplinis sanctioribus se totum mancipavit. Omnes Sancti misericordiae atque eleemosynarum studiosissimi.

Anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio, Maurus sacerdos Drepani ad Christiana sacra adiutum sibi munit eleemosynis in captiōnē cogatis. Ita ille jam grandævus se Christo adjunxit, duce Misericordiæ. Omnes Sancti eleemosynarum largissimi. Quid multis opus? Cornelius Centurio ad Christum & ad cælum viam sibi stravit eleemosynis. Angelo teste, orationes & eleemosynæ illius ascenderant in memoriam in conspectu Dei. Sanctorum hominum princeps cura sumnumque studium, eleemosyna. Ideo Paulus exhortans: Induite vos ergo, inquit, sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordie. Omnes Sancti eleemosynarum studiosissimi.

## §. V.

**V**igesimus primus fructus: *Eleemosyna maximum in morte solatum.* Promissum & velut cirographum à Deo est: Beatus qui intelligit super eum & pauperem, in die malâ liberalabit eum Dominus; Dominus opereret illi super lectum doloris ejus. Effatum hoc Petrus Chrysologus ponderans: Non videbit diem malum, inquit, qui dies bonis habere pauperem fecit. In Augusto, illum Deus clamantem audiet, qui pauperem cum clamaret audiret. Sine causa accusata peccata, quem pauper excusat. Dominus conservabit eum, & vivificabit eum. Conservabit, ne rapatur ad panam; vivificabit, ut a mortuis resurgat, & recipiat vitam. Dies mortis, dies profectio mala, quæ non pector, dies pessima est. Hac die liberalis in pauperes à tot malis liberabitur. Aderit illi Dominus, & letalem ejus letulum solatiis perfundet, mortis dolores mitigabit ac minuet. Augustinus testis locupletissimus: Nunquam vidi, ait, hominem pius malâ morte finiri. Nec Hieronymus meminit se leguisse malâ morte sublatum, qui charitatis & misericordiae opera libenter exhibuerit. Hæc Ambrosius confirms: Non, inquit, sunt

**A** hominis bona, quæ secum ferre non potest: sola misericordia comes est defunctorum: Mille Podalyrii, Machanones & Esculapii mille moribundum in vivis retine, arte nullâ, nulis pharmaciis possunt: at vero quod Angelus Tobie dixit, à morte Tob. 6. 11. liberat eleemosyna.

Anteū commenti sunt veteres ab Alcide vinci nequam potuisse, quod Anteū terra filius quotiescumque dejectus fuisset contumacior resurgeret, modò pedibus matrem contigilat, quæ filio novas Pauperes a. identidem vires sufficiebat. Pauperes ditioribus per pūl Oniro- B loco sunt. Ab his pedibus per eleemosynas per critias pediū tendum robur, ut à morte, velut Hercule dejecti, ve- nomine si- getiūs resurgent, atque ita in tempore casus sui fir- gnificantur, mamentum inveniant, & post complexum Terræ Pierius lib- matis gloriūs reviviscant. Viatrix ac triumphatrix 35. mortis eleemosyna.

**V**igesimus secundus: *Eleemosyna luculentu* prædesti- **22. Eleemosyna** nationis indicium. Hominum à Deo ad vitam electorum luculentū proprii est misericordia affectus. Iohannes, vir revera prædicti- electissimus: Oculi fui caco, ait, & per claudo pater eram nationis pauper: Pauperibus adeò fauebam, ut us non lo- lūm eleemosynas dare, sed oculos caco, pedes clau- lob c. 29. do restituere viderer. Non largitor, non patronus tan- tūm, sed pater fui pauperum. Dormit in utramque au- rem filius, at pater hic illuc in lectulo le versans vigi- lat, & de pane cogitat ob curas insomnis. Ira lob, cum pauperes dormirent, ipse per vigil secum exqui- rebat, quod ægris aut obæratis, quod viduus & pupillis remedium compararet, unde illis aut istis lectulos vi- tæque necessaria sufficeret, pater erat pauperum. At- que hoc est intelligere super egenum, hoc arcana ad gloriæ electionis signum. Canit Hebreus Psaltes: *Iucundus homo qui miseretur & commodat, disponet ferme- psal. 111. nos suis in iudicio: quia in eternum non commovebitur.* Ad v. 7. philosphice leges publicè disputaturus, prius argu- mentum circumspicit: ita rationem redditurus judicii Christi, ad iudicium eleemosynis se præparat. Ar- gumentum habet validissimum istud: Dixisti Domi- nne: Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur; Matth. c. 5. ego in tuos pauperes fui misericors, ergo misericor- diam à te consequar. Memor esto verbi tui servo tuo, in quo v. 7. militem dedisti. Tu tuā in nos liberalitate nihil am- titis, nec patrimonium tuum minus; ego meum tui amore minui; cur igitur cælestem mihi gloriam, quam fine incommodo tuo largiris, deneges?

Argumentum in Dar, ajunt Dialectici, negari non potest: da stipem; & in Dar argumentum consecuti- tti, sermones optimos in iudicio usurpando dispo- susisti; Dictionatis sibi constat; conclusio non falleat; in eternum non commovebitur, qui miseretur & commodat. *Psal. 111.* Eleemosyna charitatis foror, scelerum medicina, ele- **Darri dicit** **Dialectici.** ectorum nota est. Hominis cælo destinati eleemosyna na est, cle- unicum observat oculum, sed cum qui cernit omnia; etorum illi uni probatam se cupit, à quo & premium spectat, nota. Date, o Christiani, date eleemosynas quæ potestis *Vide, obsec- mi Lector,* largissimas, & simul gaudete, posse tam vili cælum emere.

**V**igesimus tertius: *Eleemosyna gratiae ac præmeritorum conservatrix & auxiliæ fidelissima.* Ecclesia sepius pre- **dico meo** de hoc Pre- **destinatio-** **nū signo** **differt** **symbolo 7.** tribue, o Deus, gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Gratia nobis nunc necessaria est: si non præ- cedat hic gratia, non sequetur illuc gloria. Paulo sti- mulum carnis deprecanti responsum est: Suffici **23. Eleemosyna** gratia mea. Ne animo angaris, Paule, gloriae semen **mo** **7.** **Cor. 4. 15.** est gratia: tu modò contentus esto semini, suo tem- porte cernes segetem. Divina gratia res omnium pre- fideliissima, hanc fecunditate incredibili auget ele- mosyna. Non, puto, infrequens est, ut homo letali no- tis cor- x inquinatus, & hostis Dei det eleemosynam, quæ nihilominus certa mercede non careat. Nam hæc talis eleemosyna ab homine improbo data vel remunera- tionem.

tionem in re præsenti obtinet, aut Dei hostem ad pœnitentiam deducit, ut Deo reconcilietur, & in præstitionem reponatur gratiam. Cum Isaías præcipiteret esfumient panem frangi, egenos vagosque in domum induci, nudos operiri, promissionem addens liberalissimam: Sanitas tua, inquit, citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua; & glori Dominus colliget te: Tunc invocabis, & Dominus exaudiet. Interpres dicit Theologus Aquinas clarissimè: Per opera pietatis, inquit, peccator liberatur à perditione eterna, in quantum per huiusmodi opera disponitur ad hoc, ut gratiam consequatur, per quam penitentia. Ingeniosè dixit Augustinus. Ame foris gehemna stat lib. 50. hom. 29.

*Iac. c. 5. 8.  
v. 8. & 9.  
S Tho. 2. 2.  
q. 15. 4. art.  
2. ad 5.  
Aug. 10. 10.  
lib. 50. hom.  
hom. 29.*

24. Eleemosyna fiducie ac latitiae patens.

*Aug. 5. 5.  
de Verbo  
Domini.  
Chrys. 10. 5  
bo. 16. mib.  
pag. 231.*

Misericordia ad tribunal Christi nos tuebitur.

*Tob. 1. 4.  
v. 12.*

Ambro. 10. 5.

*jer. 8. 1. mib.  
pag. 863.*

25. Eleemosyna immortalis & vite eternae prestitum est.

A in eliciendis eleemosynis. Sed nihil, putem, testatus, nihil luculentius, sublimius nihil est ad commendandas eleemosynas, quam quod Chrysoftomus ore ac calamo luculentissime testatus est orbi. Ipsissima scriptoris verba sunt: Eleemosyne multa cum facultate de pie, te celorum apertum portat. Ac velut Regina ingrediente, nullum custodiam ipsi in portis positiorum audet interrogare. Quod sit, aut unde iter agat; magis vero illico suscipient omnes. Sic eleemosyna Regina omnino est, & Regina virtutum, homines celestes ipsorum in celorum axes adducet, advocati optimi loco suingers. Magna res eleemosyna, præcedit ærem, translatam, solis radios cedit, ad ipsum venit celorum cultmet, ipsos peccantibus celos, & Angelorum populos decurrens, & Archangelorum choros, & omnes superiores potestates, ipsi assit regali throno.

Nemiremut hoc elogium. Christus humana gentis incorruptissimus est judex, cum tamet eleemosyna & audet & potest corrumpere, ut pene ultrà quam fatis est faciat, & in condonando longius procedat, & sponte fateatur ac dicat: Demus hoc eleemosynæ. Efurivi, & dederunt milii manducare. Ita justificatio fit benignus; ita misericordiam anteponit veritati; ita in statu justitiae, lanci peccatorum obiectas manus pauperum præponderat lanx meritorum; haec illam eleemosynarum mole prægravat. Beati misericordes, quoniam misericordiam conferunt; paratum sibi regnum à constitutione mundi possidebunt.

Verum enimvero narrandis eleemosynæ fructibus ad finem numquam pertingemus. Nam recte dixit Nazianzenus: Beneficentia erga pauperes infinita sunt commoda. Beatus Thomas Aquinas misericordia viri subtili trutinâ examinans: Misericordia, inquit, inter virtutes proximum respicit, principatum obtinet secundum se maxima virtus, & Deo maxime propria: nam summa regia Christianæ in misericordia consistit.

Sunt autem Charitas & Misericordia distinctæ virtutes. Amicitia porrò & Charitas aut pares accipiunt, aut pares faciunt: Misericordia vero excellenter habet, quia inferotem respicit, quem sublevat. Charitas hominem quæ bonum, Misericordia quæ misericordia complectitur: est enim misericors quasi Deus miseri, quem juvat. Quæ quidem in parte Charitas velut inferior Misericordia cedit, illaque dat primas. Porro eleemosyna liberalitatis aut misericordie soror est charitatis filia. \* Sed hæc est Theologiae fontibus vel libâsse faltem sufficerit.

Ergo, dum licet, eleemosynæ fructus colligamus: dum vivimus, dum sani sumus, quantâ possumus liberalitate, stipe spargamus. Lucia virgo cum matrem Eutitiam ad erogandas pauperibus facultates hortatur, illaque suaviter responderet: Vitæ suæ finem operiretur, tum demum quod vellet de suis opibus facitura. Qui filia: Non est, & mater, inquit valde gratum Deo munus, quod tunc offerimus, cum illius ultius supremæ dies eripit. Da quæsio, dum sanæ, ne si moriens dederis, invita dedisse arguaris; rem utique, quam, velis molis, deferere cogēris. Viæ rationibus Eutitia laudavit filiæ sententiam. Lucia vero jam bonis omnibus ad votum distributis, cum sacrificare diis jubaretur: Sacrificium Deo acceptissimum est, inquit, esurienti panem frangere, egenos vagosque in domum suam inducere, nudos operire, pupilos &c. vi. lat. 10 duas in tribulatione eorum visitare. His victimis placatur Deus.

CA

## CAPVT VII.

## Epilogus

## Diclorum omnium.

**E**rgo spargimus ut colligamus, distribuimus, ne recipiamus auri montes, gemmarum maria pro plumbi lamellis. Sed non omnes capiunt verbum istud. Sunt qui tantum colligant, dum ipsi in sepulchrum, bona in hæredes sparguntur. Vnum mihi considera in nubes pene attollentem caput, ingente habet truncum, ramos plurimos, folia innumerâ, fructum nullum, quoniam ad aquas depacta. Sed & pomum arboreum non magnam, nec aqua vicinam, pomis tamen refertam. Quid hoc rei? procera & crassa ulmus plurimum surci è terrâ trahit, sed id omne in brachia, in truncum, in folia protrudit; arbor pomifera licet fructu exiguâ vira suam omnem in fructus & poma mittit. Ita ditorum aliqui, divitias, quas è terra sumunt, in famulis, in paralitos, in supellestilem, in equos, in convivis consumunt. Enim proceras, sed steriles & infecundas, è quibus centones vix quidquam auferant.

Talia sunt & flumina, quæ maximam aquarum copiam secum devehunt, sed arentibus terris, quæ transuent, nihil communicant. Iberus, Tagus, Durius, copiosi fluvii, sed sitientem glebam non rigant. Ita opulentorum nonnulli, quidquid opum possident, intra suas ripas continent, parum inde in arescentes pauperes emanat. Non negat Chrysoftomus moveri sibi bitem, spectanti frenos equorum aureos, ephippia acu picta, & quidquid horum luxus spectandum obicit dum intercà pauperes seminudialgent, & neque cum canibus & equis in partem ventre possint. Hæc haec tenus occinui. Vereor demum, ne illud Evangelii cogar usurpare: *Cantavimus vobis tibi, & non saltatis.* Cantores multi, sed qui saltent in hoc liberalitatis odeo, pauci sunt. Nos hic clausulam apponemus dicas. Ut saltent hæc paucula compendio adjuncta nemini non content. 1. Eleemosynas totis Bibliis ubique commendatissimæ, nec ferè aliud adeò urgenter. 2. Eleemosynas à præsis Patribus frequentissime ac summè laudatas. 3. Avaros & immites pecunia amatores, vera immifericordia mancipia, graviter puni- 4. Benignos ac liberales pauperum patronos copiosissimè remuneratos. 5. Eleemosynarum largitionem esse variam.

## §. I.

**E**leemosynæ. **P**rimum: Eleemosyna diuinis oraculis laudatissima. Per omnem ubique Scripturam, inquit Chrysoftomus, super hac re sermo est. A Genesi ad Apocalypsin sacras paginas evolue, & pie liberalitatis encomia reperies creberima, maxima. Quid dici potest amplius? Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam. Quid gravius, quid speciosius hoc elogio? Christus ipse supremum Veritatis oraculum, inò ipsa Veritas: Verum amen quod supersit, inquit, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Extremi judicii die, de solis eleemosynis discutienda questio proponitur.

Grammaticæ, Poëticæ, Rhetoricæ discipulus examen subiturus id anxiè versat animo: Si scirem quæ in examine interrogandus essem, responsum jam pararem. Heus Christiane, die mundi ultimo examinaberis; tu jam responsum para. Sed præscire potes, inò debes, quid examinandus sis; jam præmoneris, idque sexcenties, idque millies. Princeps erit questio,

Tom. II.

A quoties, quomodo quantum eleemosynarum dederis; an panem, vestem, an pecuniam a ore Christi largitus fueris. Aptæ responso non è libris, sed è loculis pertenda. Iam illam pete, jam loculos in Christum pauperem, sed futurum judicem effunde.

Supremus hic judex naturam speculorum imitabitur, quorū qua veriora & exactiora sunt, talē representant vultum, qualis est vultus speculo prælens. Si turpis deformis, si formosus elegantem, si alacris hilarem, si mœstus tristem, si iratus ferocem, si mitis suavem, si timidus paventem. Speculi laus est, insipientis autem culpa, si foedus & indecorus prospicit, qui vitrum illud inspicit. Ita æquissimum Christi judicium, & ipsius vultus iudicis nostras affectiones induet: qualicumque fuerint à nobis commissa, talia tunc nostris oculis objicientur ab illo speculo divino. Si duri fuimus & immifericordes, talē cernemus iudicem, & decretum velut in tabellâ terrificum legemus; *Ite maledicti in ignem eternum.* Si misericordia viscerata patefecimus, per patulum ac hians oculumque lateris Dominici vulnus in corde Christi penito inscriptum cernemus illud inelliſſimum: *Venite benedicti.* Tunc judicis mater oliva speciosa ramos non de- *v. 34.* generes agnoscat. Erit enim quasi *oliva gloria nostra.* Tunc *Ose. c. 14.* Angelus percussor nil amplius nocere poterit, cui præceptum est; *Vinum & oleum ne leſeris.* Tunc judicis fūdū cīa familiarissimā licebit dicere: Da, quia deditis, *v. 6.* quia tui causā, quia tibi deditis, miseri sumus aliorum, tu nostri miserere: fecimus quod iussisti, imple quod promisisti. Tunc respondebit nobis & justitia & misericordia nostra. Imperate quod petitis, quia iusta petitis. Mihi (dicer judex) misericordiam tribuistis, que præmium capere potest; accipite præmium, cujus pretium astimari non potest. Fragmentum panis famelico mihi deditis? nunc meipso saturamini, qui panis sum vita. Peregrinos tecto recepistis? vos Angelorum cives facio. Algentem & nudum me lanā foviſtis? nunc ab igne & frigore, ubi fletis & stridor dentum, liberatos purpurā immortalitatis vestio. Oculus cæco, claudis scipo, manus debilibus fuitis; nunc oculi vestri nil amplius caliginis, manus plantaeque vestrae nil fatigationis amplius habebunt. Miseros auxilio, afflitos solatio levatis, nexos liberas; venite dilectissimi, possidete paratum vobis regnum, à quo mœror, genitus, dolor, mors omnis procul exulat. Fulgebitis sicut sol, & gaudebitis in omni voluptatum affluentia, in perpetuas æternitates; nam sicut auctoris vestri perennitas non habuit initium; ita felicis æstra non habebit terminum.

Eleganter hæc Petrus Chrysologus hunc in modum exponit: *Non dixit, Esurivit pauper, & dedisti illi manducare. Sed Esurivi ego, & dedisti manducare mihi.* Sibi datum clamat, quod pauper accepit; se manducasse dicit, *de fidei tra-* quod comedere pauper, quod biberit pauper sibi *dat Chrys-* fuit. *tom. 3a* sum. O quid agit amor pauperis! Gloriat in celo Deus, unde hom. 5. de pauper erubescit in terra; & hoc reputat in honorem sibi, quod de pauperi computatur injuria. Nimirum est, quod sapit Deo pau- *Chrys. ser.* peri cibis. Saginatum se pauperi esca predicit in regno celi 738. coram omnibus Angelis in conventu resurgentium. Quod Abel passus fit, quod mandum servavit Noë, quod Abraham fidem suscepit, quod Moses legem tulerit, quod Petrus crucem resupinus ascenderit, Deus facit; & hoc solum clamat, quod pauper comedet. In celo prima est esurientis anima, prima dispensatio pauperis tractatur. in celo, ergatio pauperis prima di- *Creberri-* quis ratio pauperis recitatatur in celo. *mā id seſta-*

Est prope t' Puteolos horribilis specus, in eam si ani- *tit. 4. Ita O-* mantia ingrediantur, aut moriuntur, aut humi deje- *laviana, de-* Et mori creduntur. Eadem si extrahantur, & aqua perfundantur, mox fugitivam animam recipiunt. *Tuso in c.* Immensum mors antrum habet. Quisquis hoc subi- *17. Eccl.* pedem *mibi pag.* 586.

pedem non refert vivus. At eleemosyna instar vitalis  
unda, vim omnem mortiferâ specus retundit: Ele-  
mosyna à morte liberat.

*Chrys. tom.  
eed. ho. 33.  
pag. 220.  
Prov. c. 3.  
v. 3.*

Quid itaque, ait Chrysostomus, differs & torpes? cùm  
jam tanta receperis, & tot expectes? quid circa perentes pe-  
cunias tam paupillanum agis? Audi admonitionem per-  
utiliem: Eleemosyna ac fides non te deferant. Non dicit, semel  
facias, neque secundò, neque tertio, nec decies, nec centies, sed  
perpetuo. Quis adhuc tam divitium liberet, & a collum bullam  
habent auream, illângue numquam deponunt, utpote quam  
tamquam nobilitatis sua insignie gestant: ita & nos eleemosynâ  
semper amiciendi sumus, ut ostendamus nos misericordis ac  
benigni patris esse filios.

*Ambr. 10. 5.  
ser. 81. mibi  
pag. 893.*

Quid si magistratus, inquit Ambrosius, mimi & athle-  
tis, & gladiatoriibus in theatris totum pene patrimonium lar-  
gitur & prodigit, ut vulgi favorem nihil sibi profuturum col-  
ligat: ut libitatis & cunctarum munificis esse in hujusmodi largi-  
tionibus, in quibus iudex residet Deus, faciunt & acclama-  
tum vulgus ingeli; ubi omnes qui a seculo fuerunt Sancti,  
laudatores & predicatorum tui sunt: ubi laus & favor non sim-  
ul cum die ceſſat, sed cum seculis permanet: ubi honores non  
unius urbis, sed gloriarum regna mereberis. Et hoc omnia con-  
quiaruntur per misericordiam pauperum. Veni ergo, si videtur,  
si horum que dicimus, apud t' fides vera est, divitiae nostras  
consulte & utiliter disponamus.

### S. II.

*Eleemosynæ  
à pri-  
scis Patri-  
bus sùmè  
funt com-  
mendatae.*

*Chrys. 4.  
ho. 16. in ep.  
2. ad C. 11.  
724. Idē re-  
petit 10. 5.  
ho. 7. de pa-  
nit. pag.  
745.*

*Idem 10. 5.  
hom. 33. ad  
pop. pag.  
219.*

*Ibidem.*

*Math. c. 6.  
v. 19.*

*Ambr. 10. 5.  
ser. 81. mibi  
pag. 891.*

**A**lterum: Eleemosynæ à priscis Patribus frequentissimè  
ac summè sunt commendatae. E superioribus, cen-  
seam, abundè id liquere. Neque hic animus est bene-  
volas Lectoris aures onerare. Aureus orator Chrysostomus pro plerisque omnibus locuples testis his omni-  
nino verbis pronuntiat: *Magnus & pretiosum quid, ho-*  
*mo misericors. Ista major est gratia quam mortuos excitat.*  
*Nam eo quod in nomine IESV mortuos exicit, hoc mul-*  
*tò majus est quid pauperes pascunt Deo. Nam hic quidem tu*  
*Christio benefaci, illic autem ipse tibi; hic (designis lo-*  
*quor) ipse debitor esceris Dij; in eleemosynæ Deum debito-*  
*rem confititus. Eleemosyna autem est, quando cum alacrita-*  
*te sit, quando cum liberalitate; quando non putas te dare,*  
*sed accipere, quasi lucrum faciens, & non perdens; aliqui ne-*  
*que gratia est.*

Fuit Chrysostomus tam vchemens ac copiosus in  
commendandis eleemosynis, quam in objurgandâ  
jurandi consuetudine acer & disertus. Hinc illæ ora-  
toris Græci querelæ: *Iam enim ipse confundor, inquit, amplius differens de eleemosynâ, èd quid frequenter de hac materia verba fecerim, & nihil dignum efficerim admonitione. Nam*  
*fatum quidem est aliquid melius, sed non tantum quodcumq[ue] ipse volebam. Vos namque seminantes quidem videnuis, sed non largè manu: propterea timore ne & parè metatis. Addit: Etiam si semper hic vivieremus, neque sic tamen pecunia parcere deberemus. Quam enim habebimus defensionem, nec ex proveni-  
tibus ministrantibus & laborantibus? Nec enim cogite patrimonium diminuire, non quod nolim, sed quoniam te valde torpescem video. Non hoc itaque jubeo, sed ex fructibus expende, nihilque thesaurize.*

O triste avaris verbum! nihil thesaurizare, mors illis est. Sed hic, o depari, frænos mordete: non hoc Chrysostomi dumtaxat confitum, sed Christi præcep-  
tum est: *Nolite thesaurizare. Thesaurus terra, irrisus*  
*cæli brevem opulentiam ab quoties eterna sequitur paupertas! Nihil igitur, quod Chrysostomus monet, quod Christus juber, nihil thesaurum. Dispensator es, non dominus, cur igitur & cui thesaurum colligis?*

Ambro. 10. 5. Ambrosius ejus rei commonens: *Dispensatorem, in-*  
*quit, conservorum tuorum te ex dominicis facultatibus esse*  
*cognoscere. Nec existimes quod omnia ventri & delicias tuas*  
*terra producat. Que in manibus habes, commissa tibi magis quam concessa cognoscere. Parvo tempore superius aliquantulum letaris, & abuti ei voluptuosius delectaris: cum ve-*

**A**rdo huc pariter cum vitâ nostrâ defluxerint, rationem dispensationis nostræ vocamus Domino redditum. Hic mihi te panis indulge, ô quisquis es, qui divitiarum dispensationem in hoc mundo fortitudo, & te in illo terribili Dei iudicis tribunali astantem pallidum quid vacans, si tamen vacare potes, à divitias sollicitudinibus, intare. Cùm interrogari cuperis: *Commissas tibi opes cum quibus egentius divisi-  
sti, quibus necessitatem patientibus subvenisti, quos de carceribus liberasti, quibus pupilli pater, cui videlicet vircas-  
tis provisionibus exstisisti? pecunia mea, fructus mei: quid apud te operis habuere? Tu ad h.c. sine dubio respondebis: Omnia simul composta ac recondita clausis validissima & signaculis tutissimis communivi, nulli quidquam tribui, quin imo & ad infiodia ea vigilias meas addidi, curas impendi, sollicitudines alibi.*

Sed iam audi sententiam: *Stulto consiliario usus te-  
metipso. Hac nocte repetent à te animam tuam, &* *ta. 13. 14.*  
*qua paraſti cujus erunt? Siergo desideras gratiā, auge* *14. 15.*  
*charitatem. Plus tibi pecunia illa prodebit, si non tamquam* *Lxx. 11.*  
*affluentem tribuas, sed tamquam profuturam Christi nomine* *v. 19.*  
*largiaris; si ita conferas pauperi, ut deseris Christo.*

Hæc Batilinus eximiens confirmans: *Sicut semen, in-*  
*quit, in terram jactum fructum cencuplum, ita & Eleemosyna* *de Elia.*  
*data pauperi. Si ergo minus tantum tibi sit panis, & ad fore ro-*  
*gatur, deprime illum, & tollens manus in celum dic: De ma-*  
*dicio do fratri, & tu Domine da mihi periclitanti. Nec dubitas;*  
*quoniam panis, quem in hac dabis penuria, agriculturae semen ad*  
*copiam ministrabit. Sicur autem patre coniuncto exhaustis, co-*  
*pisore fluant aqua, dimissi verd & quieti facile pacem; sic*  
*& opes reconditæ inutiles sunt, translatæ in pauperes fru-*  
*ctum pariant.*

Hinc iste vir sanctus, cui nomen Deus-dedit, in *Marij.*  
egenos tam mucum & effusum le præstitit. De quo *Rom. 10.*  
Gregorius: *Habebat juxta nos, inquit, vir pius ac re-* *Aus. 6.*  
*ligiosus, opificio suror, qui suendis calceis per hebo-* *1. 36. 17.*  
*madem, manu pretium collegit, quidquid autem ex *natura**  
*Cœo: vicarius & vestitus necessitas reliquit, id omne die*  
*sabbati ad templum deferens in pauperes erogavit. Hanc ob* *non audiebat in terris. Dives & pauperi, duo sibi sunt contraria. Sed iterum* *paup. 14.*  
*duo sibi sunt necessaria. Nullus indigeret, si invicem se sup-* *D. 1. 14.*  
*portarent; & nemo laboraret, si ambo iuvaret. Dives proper*  
*pauperem factus est, & pauper propter divitem creatus est. Da*  
*ergo petenti, ut ipse posset accipere; tribue pauperi, si non vis flâmis exuri; da in terra Christo, quod tibi reddat in celo. Oblivisci* *quod es, & attende quod futurus es. Præsens vita fra-* *Notitia*  
*gilis est, & in mortem proclivis. Nemopotes stare, sed omnes abire, p. 14.*  
*cogimur transire. Nolentes imas, ineiti eximus, quia malis* *tac. 1.*  
*opus. Si autem ante nos aliquid mireremus, non ad inane ho-* *z. 1. 17.*  
*ffitum venieremus. Quid pauperi danius, ante nos premiti-* *Loc. 1. 14.*  
*mus. Dona pauperum, lucra sunt animarum.* *Z. 1. 14.*

### S. III.

**T**ertium: Avari & immites pecunia amatores graviter Aeti 3  
puniti. Vere signum in scopulo, purpuratus Epu-  
lo in carcere inferno, negavit micas, decidit in flam- g. r. 1.  
mas. Narrant diversi, Anno Christiano triogentesimo. Punitio  
septuagesimo, aeo Othonis Magni Cæsaris, Mo- Cœfuga  
nuntia egile Hattensem, secundum ejus nominis Antistitem, quâ quidem tempestate dira famæ Ger- p. 14.  
mania populabatur. Hatto pauperum complures sterlatis  
in amplum horreum spe stipis congregari, sed pluri- Mariam, Se-  
mis jam congregatis domum illam ligneam incendi aderat. Cœfuga  
jussit, quando hoc genus hominum consumendis fru- gibus, in AN. 79.

*de Nitol. gibus naturâ nil differret à muri bus. Cum autem ulu-*  
*sterius de latus ac stridor horribilis iam ardenti um audire tur,*  
*dixisse ferunt Hattenom: Audin', ut mures sibilen?*  
*Destruyannidem exofus, mures catervatim in ho-*  
*minem inmisit. Hi Dei milites ita miserum du no-*  
*biliter.*

*filia, mihi*  
*pag. 692. ab arma, cùm Deus impugnat. Nam mures agmine facto*  
*hunc ego*  
*parcere.*  
*sciam fiam-*  
*tum, quare*  
*murus ac-*  
*curatus*  
*examina-*  
*ti.*

*dem. 11.*  
*12. 1.*  
*13. 1.*  
*14. 1.*  
*15. 1.*  
*16. 1.*  
*17. 1.*  
*18. 1.*  
*19. 1.*  
*20. 1.*  
*21. 1.*  
*22. 1.*  
*23. 1.*  
*24. 1.*  
*25. 1.*  
*26. 1.*  
*27. 1.*  
*28. 1.*  
*29. 1.*  
*30. 1.*  
*31. 1.*  
*32. 1.*  
*33. 1.*  
*34. 1.*  
*35. 1.*  
*36. 1.*  
*37. 1.*  
*38. 1.*

*150. Pela-*  
*fia. 1. 1. Pa-*  
*per. 21. 1.*

*Beren. 10. 7.*  
*10. ann.*  
*11. è Ce-*  
*12. 1. Con-*  
*13. 1. Stan-*  
*14. 1. nopol-*  
*15. 1. ita an-*  
*16. 1. cept debu-*  
*17. 1. tem for-*  
*18. 1. formi-*  
*19. 1. davit, ari libras*  
*20. 1. trigesinta*  
*21. 1. in pauperes*  
*22. 1. ero-*  
*23. 1. gari jussit,*  
*24. 1. magna quidem,*  
*25. 1. sed trepidâ liberalitate.*  
*26. 1. Valetudini præter spem jam restitutus tam insignis fa-*  
*27. 1. ci penitentia copit. Hunc animi mœrorem & peni-*  
*28. 1. tentiam fati turpissimam amico aperuit. Monuit ille*  
*29. 1. hominem, ne penitendum duceret hanc largitatem;*  
*30. 1. Numini porro fideret, ac remunerationem expecta-*  
*31. 1. ret. Nil verbis motus Euclio in sepietria obstinavit.*  
*32. 1. Ergo amicus ille: Quando, inquit, hoc consilium non admittis, aliud tibi subjiciam: Agedum, ait, unum*  
*33. 1. in eum ad templum adi, & à me pecunia illud*  
*34. 1. erogatum ita profiteret: Domine non ego, sed iste dedit eleemosynam. Mox ergo tibi in solidum trigesinta libras*  
*35. 1. auri refundam. Grata fuit infelici haec Ispacio. Ad*  
*36. 1. templum abiit, sed non rediit. Nam ubi in templo*  
*37. 1. concepta verba promulavit mox aurum ab amico in manus accepit. Iamque domum rediturus ad*  
*38. 1. ipsum templi limen concidit mortuus, omnibus, qui*  
*39. 1. praesentes aderant, ingenti horrore ac pavore corre-*  
*40. 1. pisis. O miser! ut servares pecuniam perdidisti ani-*  
*41. 1. man. Ita & pecuniam & animam aeternam amisisti.*  
*42. 1. Licet hie cum Poëta vociferari:*

*Pro super! multo Deus emit sanguine servum:*  
*Exiguo serzus non emit a te Deum.*

O Christiane, quisquis es, ut unicam serges an-

man, perde vel immensam, perde vel omnem pecu-

niam. Non est jaatura, quam lucrum arimas comita-

tur; non est lucrum, quod anima jaatura sequitur.

Avaritia tenacitas dum locellis parcit, unum subin-

de florenulum condit, & mille acquirendos negligit.

Opulentus, sed stultus Nabal leviores recusat sum-

ptum, & vitam perdit. Petierat à Nabile David non

subsidium grande, quo famem suorum militum sol-

retrat. At Nabal erigens supererium: Tollam, inquit,

panes meos, & aquas meas, & carnes propter meorum, que

occidi tenoribus meis, & dato viris quos nescio unde sum?

Sordidissime mortalium, non tantum panes tuos egen-

tibus dare, sed & aquas tuas eisdem propinare inter

dispensia numeras? Merito percutiet te Dominus,

Cumque pertransisset decem dies, percussit Dominus Na-

bal, & moritus est. Deus homines tam avaros & im-

Tom. II.

A misericordes spoliat bonis, ejicit templo, priuat vi-

tâ, excludit celo, detrudit orco. Optime dixit Greg. pars

gorius: Ficalnea sine fructu terram occupat, quando 3 Pastoral.

mens tenacum, hoc, quod prodeesse nullus poterat, ini- admon. 22.

Dicuntur fascinatores tunc maxime venenum

ab oculis jaculari, cùm eos figunt in parvulis, quibus necem efficerunt, dum illis necessarii cibi fasti- Refertur

dum immittunt. Vnde sit, ut tales pueruli maternum dñs. 80. cap.

uber repudient, fame siue contabescant. Par- Patet, &c.

perum fascinatores est homo avarus & immisericors, serm. ad di-

qui torvo ac immitti oculo egenos verberans, illi- viss. avar.

que panem & alimenta negans, cogit veuti veneno

lento sensim tabelcere, crudelis homicida. Sinon pa-

visti, occidisti.

Certissimum illud Hebrei Sapientis: Qui obturat Prov. c. 21.

aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudiatur. Obturat, qui audire dissimulat, qui aditum ad se negat, qui pauperum preces libelloisque supplices, ut sibi molesto, aut repudiat, aut naucaet.

Sed norit iste geminum sibi malum immittere. Pri- Duplex

mus est; tandem & ipsius ea premet necessitas, quae malum a-

clamorem & ejulatum exprimet. Alterum est; clava ris im-

mabit, & non audierit, qui audire noluit. Soly- minat.

mam purpuram in flammis sitientem cernite. In-

clamat Abrahamus Epulo; non auditur: rogar ali-

quem mitti Lazarum; non attenditur; illam aque

petit; negatur: è mortuis ad fratres mitti postulat; non

mittitur. Clama vix, & non est auditus; clamabit æter- nū, æternum non audierit. Heu quān rigidū sint

Cælitæ! Memento fili, quōd Lazarus non ita pri-

dem te in clamaverit, & à te auditus non fit. Nunc

mutate sunt vices, tu Lazarum inclamas, & non au-

diris. Par mensura, talio justissima. Vaticinum Salo-

monis noster: Aures in pauperum clamorem surdas simillimo supplicio puniendas; vociferantes non au-

dit, ergo non audiatur, cùm & ipse vociferatus fuerit.

Portæ inferorum ferrea sunt; avaros, qui ferrei pecto-

ris fuerunt, claudunt. Immisericordia pandit aditum ad gehennam.

Per Ezechielem jam oīs pronuntiat Deus: Com- Ezecc. c. 21.

plos manus meas super avaritiam tuam. Tu manus v. 13.

auxiliatrices pauperibus subtraxisti; erit cùm meas

tibi porrigi voles, & non porrigenitur. Non invenies

manus, nisi plenisimæ indignatione. Ideo jam eas

super te comploris. Frustra clamabis; non audiam,

non auditus.

Megorant virum certè medestum, sed adeo Joan. Due-

mendicis asperum, ut nec voces quidem rogantium gnius Hi-

a quis auribus toleraret, & ob eam causam in re- span. Spec.

motiori aditum parte habitasse, ubi nullos mendicantes Tristium cō-

culturum quiritus audiret. Illuxit demum supra dies;

naturæ concepsit; amplio funere in templum elatu-

s est. Sacris funebribus operari ccepit sacerdos.

Quoties autem solemine illud pronuntiasset: Domi-

nus vobiscum, toties imago Christi crucifixi, prodigio luculentu- v. 13.

visu manus clavis eximere, & digitos

ambabus auribus ingerere, velut indignaretur preces

pro defuncto fusas excipere, & tamquam omnibus

attestaretur illud palam. Non auditus non audio. Co-

gnitâ penitus causâ prodigijs tranquillior fuit in plebe

admiratio. Vox omnium erat: Nemo preces paupe-

rū repellat, surdus est Christus surdis; auditus in suis

audit, neglectus, repulsus, negligit, repellit.

At ego, inquit, si tor mendicorum clamores audio,

& largius stipem eroget, rei fa miliaris non modicum

perdo. Augustinum ausculta, hac tibi verba divino Aug. 19. 8.

monitu repensem: Quid ploras stulte pravi, aut non sa- in psl. 36.

ni cordis? Quare perdidisti? nisi quia mihi non commedasti? mihi pag.

si dolet qui perdidit, hoc doleat, quia non i posuit, ubi perire 123. ps. 36.

non potuit.

Cyprian. ep.  
2. ad Donatium.

Exod. c. 32.  
v. 1.

Ibid. v. 2.

Ad pompe  
apparatu,  
suppetit  
argentum  
ad dandas  
eleemosy-  
nas nil eris  
supererit.

Matt. c. 25.  
v. 21.

Isa. c. 2.  
v. 13.

Luc. c. 18.  
v. 5.

Luc. c. 19.  
v. 9.

At multi, aīs, me multō diiores minus eleemosynā dant quām ego. Ne, quāso, alienam culpam prætexas tuæ. Non idē melius fit, quod à multis fit. Errantium multitudine exorem non corrigit. Et hic illud Cypriani usurpem: *Confessere jura peccatis, & capit esse lictum, quod factum est publicum.* Tot deparcorum hominum avaritia, fateor in publicos mores transit; alter alterius exemplo perit. Sed ictus non ideo honestum, aut utile censendum, quia multi id faciunt. Tu probos attende, non multos.

Sed iterum obducis: In ornanda templo mei scelē loculi pandunt, aras frontalibus convelo, parietes tabulis corno. O te hominem mirificē liberalēl sāxa vestis, & domesticū malē vestitum non operis: parietes templorum ornas, & seruos tuos ac ancillas fame crucias. Obsecro, liberalitatis ordinem observa, & vivis Christi membris primam impende curam; hinc transire ad alia licebit.

Dum M̄t̄s colloquiis divinis suaviter in monte pascitur, Iēbs Israēlis impatiens moræ, jāque Aarōn compellans Fac nobis Deos, inquit, qui nos precedant: *Mos̄ enim huic viro, qui nos eduxit de terra Egypti, ignoramus quid acciderit.* Reſtituit Aaron iniquissimæ p̄f̄ioni, & quod magis populū abſterret a hac infātiā, exadverſum & ille petiit, quod arbitratus est ægerrimè concedendum. Tollite, ait, inaures aureas de uxori, filiorūque & filiarū vestiarum auribus, & afferte ad me. Verborum interpres Augustinus: Intelligitur, inquit, præcipere Aaron difficultia, ut hoc modo eos ab illā intentione revocaret. At fucus omnino, quām putaverat, evenit. Nam populus ad dandum promptissimus certatim aurū contulit. Inde vitulus, inde idolum: Quōd si Aaron hanc arti molem in eleemosynas, aliāmve piām molitionem petivisset, cunctatores indubie habuissent, fortassis vix inaues pauculas, aut nullam accepisset. Ad conflandum idolum liberaliter fluit aurum. Ita passim in orbe res geritur.

Ad aucupium honoris, fons est aurū, ad illiciū voluptatis non deest moneta, ad pompę apparatum suppetit argētum, ad vestitum luxum pecunia in promptu est, ad conviviorū ganeam nummi copiose fluunt; ad dandas eleemosynas nil æris superest, hic Tagus & P̄st̄olus omnis exaruit. Ad fabricanda idola aurum propinat arca; cūm juvandi sunt pauperes, omnium arcas obserat mentita paupertas. Vos hinc agapite; nemo domi est; exultat pecunia, Deus juvet; quid nos prece querulā fatigatis? jam diximus, nemo domi est.

Expectate paullulum, brevi & vos ipsi clāpabitis: & nemo domi erit: pulsabitis, sed fructū; Cælestes non erunt domi: aditum rogabitis, sed respondebitur: Nescio vos, facessite, non sum domi. *Iudicium fine misericordiæ illi, qui non fecit misericordiam.* Sed hæc, inquires, & plura talia jam suprā monuisti. Memini, mi homo, sed & te velim meminisse, hæc centies moneri, immisericordiam millies reprehendi, vix umquam emendari. Pauperculae viduæ in judicem iniquum & in cauſis ceſſatorem validissimus fuit aries, Importunitas. Hic idem faciendum.

#### § IV.

**Q**uartum: Benigni ac liberales pauperum patroni copiosissimè remunerati, Nimirum Christus nascitur in Bethlehem, hoc est, in domo panis. Illos potissimum homines, familias illas, urbēsque Christi gratia inundat, quæ Cerialis domus & refugium panarium sunt pauperibus, quos crebris largitionibus adjutant. An non Zachæi familiam hæc voces commendant? Hodie huic domui salus à Deo facta est. An non Christus eum hospitem querit, qui bonorum dimidium pauperibus tribuit? an non, ut Ambr̄osius loquitur

A apud hunc ipsum non invitatus se invitat, qui sciebat hospitis sui uberem esse mercedem? an non Cornelius Cæsareæ Centurio, cum omni familiâ his ipsi articibus factus est Christianus? Erat enim vir religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas mul- tas plebi.

Cameracensis proœpiscopus, qui aīi sui admittenda scripti, de viro principe bonâ fide commemorat, narratur dignissima. Theobaldus Blesensis ac Carnotensis Comes ex omni Gallicâ nobilitate liberalissimus iter fecit mediā hieme, que tunc solito fuit au- & 15. Tunc. tis. tib. de mero. lls. fuit ei. e 25. n. 14.

B sterior. In via Theobaldus obvium habuit mendicū seminudum & algétem. Hic voce altâ Comitem inclamans stipem petiit. Cui humaniter Comes: Quid tibi singulariter, inquit, vis dari. Huic pauper: Da, obsecro, ait, vel capitū tegmen. Non distulit Comes & suum ipse cucullum dedit mendico, unāque ad didit: Peric, si quid vis amplius: ille audacter: Da exteriorem, inquit, tunicam tuam. Promptè dedit. Acceptā illā, mox iterum mendicus: Add, obsecro, calo, ait, etiam interiorem: mea nuditas postulare h̄c co- scriptit. Dedit & istam Comes. Continuò flebili voce mendicus: Mi Domine, inquit, precibus meis signosce, & en caput glabrum & ulcerolum; adde igitur & pileum. Hic Comes paullulum erubescens, nam & ipse calvus erat: O bone, inquit, nimium premis petendo;arem & pileum, sed eo carere non possum. Quo di- cito pauper relictis vestibus evanuit. Hic Comes ex eq̄o defiliens, & in omnē partem ejiciens oculos lamentari capit & pectus pugnis plangere, fugam mendici tam dixit revocatum cupere, sua omnia in donum, sc̄ipsum in servum & mancipium offerre, omne obsequium spondere. Sed mendicū queri- monis non retraxit. Hoc denique Theobaldus apud animum suum sanctissimè statuit, nulli deinceps pauperum stipem petenti negare, sed facere quod Dominus iubet: Omni petenti tribue. Nec Christum sensit im. Lue. c. 18. munificum. Nam hic ipse Theobaldus Comes ad mendicū, sed leprā deformem creberrimè revisit. Nec enim umquam leprosi hujus tugurium transiit quin diverteret, affatu recrearet, solatiū mulceret, eleemosynis juvaret. Fuit, ut absque arbitris, quod solebat, caram illam ingredetur. Sed contrā quām sperare potuit, virū valetudinis integrim invenit. Novā viri specie obstupefactus, & diu- tulē hæsitans, num suis oculis haberet fidem, ambi- gebat. Hic personatus pauper: Ego, inquit, leprosus ille sum; naturæ debitum solvi, paupertatem & lepram deliciis cælestibus commutavi. Tua verò in me ceteroque pauperes liberalitati Deus amplissimè re- spondebit. Hoc age, ac persevera. Theobaldus in- credibili gaudio elatus abiit domunculā. Abenti quidam & familiaribus: Illustris domine, inquit leprosus ille quem quæsiisti, pridem obiit. Theobaldus arcānum hoc caute dissimulat: Deus, inquit, pios manes solerat.

Deficeret, nec sit, cui manum porrigit acceptor ē cælo. Habet etiamnum imitatores Theobaldus, sed paucos, habet imitatrixes, sed raras. Leonora Austria Imperator Maximiliani II. soror, Rudolphi II. cœl. ann. 1584 amita letissima & pientissima femina, eo affectu in dīni annū amata leprosa & paupera, ut nulla mater tam uni- cè sius, quam illa veros pauperes diligere vīa sit. Nam ut iis tantò largiū consuleret, pecuniam ē suis vestibus gemmīque rededit. Vefem linteum non modò corporum, sed ipsis etiam culinæ usibus (quæ illius singularis submissio fuit) suis ipsa manibus consuit, eaque in re nobiles pedilæquas adscivit adjutrices. Cumque morbo impedita ceſare ab opere cogeretur, nihil tam dolebat, quām quod cum ceteris feminis acum ducere non licet. Hæc ejus liberalis pietas latissima.

latissimè patit, per omne genus hominum pervagata. Nullum illa tempus epitaladi miseris prætermisit. Publica nosocomia, & privatorum ædes, in quibus ægros esse compererat, intervisit. Quæ tanto studio & alacritate, ut nemo umquam vel tenuissimus cuius optaret officium, cui non illa perbenignè contulerit. Nocte intempestâ sibi surrexit de cubili, ut adesse aegris, saepe cum iis triduum quadriduumve traduxit. Ingenueque confessa est aliquando viro religioso, cùm ille forte prodeunti foras intervenirent, se quidem aure capanda gratiâ egrellum simulare, re tamen verâ, ad feminam prodire graviter affectam: Quæ quoniā in me, inquit, secundum Deum spes sua habet, bona que, ut audio, astimationis est, faciendum mihi censuit, ut eam hodie conviviam. Multa in super ad ægros domo misit, quæ in eorum usus suis ipsa manibus apparavit. Nam & belliorum, & aquarum, & olei complura genera, ægrotorum caulsâ domi confecit. Sæpè factum est, ut morosos abigeret morbos, & quæ diuturnâ medicorum arte delos do-melios tantum præsidii ac curationibus ad pristinas vires revocaret.

In Elisabetham redivivam, matrem pauperum benignissimam. Verè de regiâ hac feminâ dici poterit: *Manum suam aperuit inopis, & palmas suas extendit ad pauperem.* Fortitudo & decor indumentum ejus, & ridebit in die novissimo. Verè

*Hoc homo sibi reponit, pauperi quod erogat.* Quid memorem Bartholomæum Regem in Iapone, qui pâtri suo regiè parentavit pauperum convivis, Consuevere Iaponi Principes manibus portuerum decennialia ferè sacra, non sine magnâ Bonziorum predâ saginâque persolvere. Bartholomæus Rex, parente, qui eum adoptarât, mortuo, pro exequis illic Bonziorum helluationibus, totidem dierum epulum, sex millibus pauperum præbere instituit: partim ut sibi ipsi, quoniā impio parenti non poterat, divinam gratiam conciliare; partim etiam ne post Christiana sacra suscepisse, primita benignitatis atque clementiæ oblitus esse videretur.

Benignitas in pauperes Christianum & facit & pertinet. Eustachius certè Trajanus Cæsar Magister equiper. S. hi. Christianam religionem penetravit. Nam ei, cùm venatus cervum ardentiis inferreter, inter se cornua crucifixi Servatoris effigies est objecta; quæ arcano afflato monuit, futurum ubi beneficentiam in pauperes Christianis accenseretur. Ita qui largitate juvit miseros, religione receptus est inter beatos.

Euphemianus Romanus, senatorii ordinis vir opulentus, & Aglaë conjux ejus improles, quotidie stratis mensis pauperes reficiebant. Idemque ipismet ministrabant. Quo pietatis cultu, parentes esse meruerunt Alexii, qui novis mundum artibus delusus. Hoc filio in lucem edito pari consensu continentiam servarunt. Tam secunda fructuum eff. eleemosyna, ut sterili partum, partui sanctitatem, parentibus castitatem, omnibus paradisum dederit. Oraculum est minimè fallax: Benigni ac liberales pauperum patroni copiosissimè temper remunerati sunt.

Quod jam sapientia sapientius inculcam, quoniam divini, quoniam benefici nostri. Testatus hoc affumatissem Ambrosius: Beneficium largientis, inquit, præbenti magis permanet quam suscipiunt. Nam misericordia quidem ad indigentem fervent, gratia autem multiplicata & mercedis permanet tribuent. Ejurient dedisti panem: ille quidem pastus & infestus, sed ad te reitus, quod dedisti, cum fructibus & usuris.

Marcellus Archimandrita cœnobii Accommodatum, hoc est, Non dormientium, iusserat tribus Episcopis. Tom. II.

A scopis è captivitate redeuntibus, quidquid aurum super Metaphras- estet, dari. Oeconomus fatuè prudens, & perniciose, Apud sagax è decem aureis dedit novem retento uno, in usus Surium dia alios. Non multo post tempore ad Marcellum venit, 29. Dicem qui novem talenta dono tulit. Accepit ea vir sanctus, & gratias egit. Mox oeconomum ad se accitum acriter objurgans: En, inquit, homo avare, fructum stulte perfimeris. Ab hac est, quod uno talento minus accepimus, dena prius accepturi, si tu, quod iussus es, dedisis decem aureos. Avaritia est, non parsimonia; dispendium est, non lucrum, pecunii in egenos tribuendis parcere. E diverso benignitas in pauperes copiosissimè temper remunerata.

Narrant fuisse Romæ virum, qui beneficentia Cantiprat. & liberalitate reculas suas ita imminuerit, ut ege- 1. 2. c. 21. n. statem illi uideri senectus. Tempori Deus adiut. 2. hoc copio- se. Narrat.

Nam hic ipse paterfamilias arcana voce lemeli iterumque ac tertium noctu monitus est, suam vineam cum hominis opulent, qui nominabatur, vinea permutaret, & in ejus medio altam fodaret. Paruit; vineam permutavit, cum familiâ loco, quo iussus, fodere cepit. Filius cum sororibus ab opere jam defessus: Quid, pater, nos fructa fatigis? inquit: nullum thesauri signum se prodit. At pater illos animas. Agite, inquit, mei liberti, pergamus aliquantulum fodiendo; promissa Dei non solent fallere; pergamus. Nec vanus labor. Demum inter ruderâ vas marmoreum, quod balsamum & aliquot nobiliores genimis cladebat, eratum est. Grandem inde pecuniam paterfamilias rededit, cum assiduâ gratiarum actione testatus, minutulos hospitatalitatis sumptus, multò quoniam abundantissimè & miliecuplo sceno fibi repensos.

## S. V.

C **E**X his talibus excitatione non immerito multo- rum certant studia, crumenam laxant & vacuant, ut eam meallo replante nobilior, aut divinos, certe favores & thesauros cælestes augeant. Hinc eleemosyne copiæ plurius largissimæ. Civis Peruanus, tametis Anno 1503. res ei familiaris non valde ampla esset, & quæ adeo vix necessarii sumptibus sufficeret, plures tamen ducentis aureis fidentissimâ manu in pauperes erogavit. Vestem, quam ei vir nobilis donec dederat, vendidit, & vidua unius inopiani sublevavit.

Modicus Olomucius moriens fortunas suas ferè omnes Parthenie fodalitati fidei commisit, ut inde pauperes algerentur.

Hildegemii quidam ferè pane solum & aquâ vivit, genium rigidè defraudans, tantum pecuniae unicati compariit, ut quinque aureos collegerit, quos liberalitate tam piâ quoniam magnâ in stipem expendit. De magno funere acervo suave est ac facile; res nota. Sed, de penuria sua totum viuum suum mittere, hoc verè heroicum & illustre. Vidua id fecit, quæ plus fine, Luc. c. 21. quoniam omnes Gazophylacio antulit. Nemo liberalius ergat, quoniam qui sibi nihil reservat.

Confluentæ quidam cùm alia in alios partirentur, Anno 1585. toto quadragintadali jejunio, sex egentioribus, qui bus angustiæ domi reserat, quotidie cibaria submisit. Quod statis per hebdomadem diebus ad imitandum alii quoque sibi sumpererunt.

Oenipontanus civis honestus postquam in coetum albümque Marianum relatus est, singulis dominicis ac festis diebus duos pauperes in cultum ac honorem Matris Virginis, mensa semper adhibuit. Hoc est levibus impendiis, aut nullis, maximos quæstus facere.

Vxorem domum ducturus civis Brunensis, vir dives & eruditus, nuptias feliciter auspiciatus est. Nam cùm pro more sacræ epulis prius accubuisset, triduo post Anno 1586. Ita Sodalis Parthenius trecent. & 13.

## De Eleemosynâ. Pars III. Cap. VII.

trecentos pauperes benignè admodum mensâ excepti, quibus ipse & sponla ministrandis ferculis inseruerunt.

*Perrus Lar-*  
*ricus 10. 1.*  
*Rer. Indi-*  
*car. lib. 2 c.*  
*15. mihi*  
*pag. 573.*

Hæc pauperum cura ipsius naturæ visceribus adeo videtur infita, ut ea etiam discipline Christianæ ignaros plurimum afficiat. In Cambajano Indiae regno non liberales solùm, sed & effuli sunt in pauperes. Præcipue octavum Januarij diem eiusmodi largitionibus colunt. Cambajæ, quæ regni metropolis, est, aliqui mille aureos die uno, alii tria milia, sunt qui quinque millia pardarum (quorum singuli quindecim regalibus valent) in pauperes effundant; adeo ut in una urbe, die unico viginti millia, per regnum totum centena millia pardarum erogentur. Causa ipsius ista est, quod eo die solem ab Austro ad Boream convertit, & ad se transire credant, cujus adventum par sit tot donariis venerari. Dant etiam eleemosynas, quibus Deum sibi concilient, ut ab ipso in cœlum recipientur. Enatutæ igniculos etiam in barbaris gliscentes, quibus valde in honestissimam hanc pauperum curam impellimus. Non est profectio in orbe ullum fecuris tutiusque horrum ventre egenorum. Verissimum quod veteri versu cantatur:

*Trechaeus*  
*versus.*  
*Marcus*  
*Marulpar*  
*1. lib 1 c. 2.*  
*mibi pag*  
*21.*  
*Chrys. 10. 1.*  
*Chrys. 10. 7. de po-*  
*pri. mihi*  
*pag. 749.*

*Nostra non damus pauperibus, quæ damus, Deo damus.*  
Qui pauperem exaudit, aures cali aperit, & ad se trahit. Quam verè igitur cum Chrysoftomio oratore aureo scriptor sapiens pronuntiat: O prægredi eleemosyna virtus! dives sanctificat, pauperes beat, peccatores justificat; justos glorificat, mortuos suscitat, & immortali atem mortalibus donat. Eleemosyna, Charitatis fror, Egenorum vi-  
ta, Sanctimoniorum antistitia, Virtutum regina, Celi scala, Scele-  
rum lavacrum, tam danti quam acceptanti prædiun, Lucrum ex omni quæstu lacrimosissimum, Au-  
gmentum facultatum, & rerum omnium.

## §. VI.

*Eleemosynarum lar-*  
*gitio est*  
*varia.*  
*Aug. 10. 8.*  
*in psal. 125.*  
*mibi pag*  
*605.*

*Chrys. 10. 3.*  
*in mosynis diversos modos commonstrans: Eleemosyna,*  
*c. 11. Act.*  
*Apost. mihi*  
*pag. 528.*

*E*leemosynarum largitionem esse variam. Augustinus id affirmans: In quo que pauper est, inquit, ibi illum vide, quia fortè tu in illo dives es, in quo ille pauper est, & habes unde accommodes. Fortè membra tua accommodas, & plus est quam si pecuniā accommodares. Consilio indiger, tu plenus es consilio. In consilio ille pauper, tu dives es. Ecce nec laboras, nec aliquid perdis: das consilium, & prestiti jili eleemosynam. Idem in ceteris.

Grecanicus aureus orator hos ipsos in dandis eleemosynis diversos modos commonstrans: Eleemosyna, inquit, non in solo fit pecuniis, sed etiam in operibus, ut, exempli gratiâ dicam, est patrocinari, & vidua manum porriger. Hujusmodi enim patrocinium sepe plures servavit quam pecuniā largitio. Igitur in praesenti tempore omnia misericordiarum genera exerceamus. Ne sis segnis, potes patrocinari; ne dicas, quoniam pecuniā mihi non sunt. Hoc nihil est dicere. Potes ministrare, etiam hoc facito; ut puta medicus es arte, diligenter ora infirmos, est etiam hoc agnum. Vales etiam consilio, hoc omnibus magis est, melius & amplius, quam & magis habet lucrum. Non enim famem solvis, sed diffidem mortem.

Largitiones illas publicas, uti non vituperem, ita nec valde laudem. Nam iis necessariò confusione aliiquid & imprudentia miscendum. Etenim tam robustis quam debilibus, sicur claudis ira & integris ac validis, senibus & adolescentibus, pauperrimis, & leviter egenitibus æquale datur, cum in tantâ se compriumentium multitudine discrimen penuria nequeat observari. Ita omnibus vel panis, vel festarius, vel aliquid eduliorum aliudve distribuitur; & quales hic omnium fortunæ sunt cum in aliis eleemosynis, quæ quotidie ac singulis horis expenduntur, facile sit miseriorem a misero distinguere, & prout utriusque suaserit necessitas utrique succurrere. Quod avo Apostolorum ritè observatum: Videbatur enim

*Act. 6. 4.*  
*v. 35.*

A, singulis, prout cuique opus erat. Otiosi fuci, si tales esse certò conser, ab eleemosynis arcendi. Deinde cum publicæ dantur eleemosynæ, contingere potest, ut potis distribuantur, cum ego esuriā; aut cibus, cum ego sitiam; aut pannus, cum ego cibo indigeam. Præterea quid inde peregrinis & advenis accedit, qui constitutis diebus & horis adesse nequeunt? Cum ita tamen sapientius majori necessitate quam inquinili & cives laborent? Num ei fame moriendum, qui statu die vice rationi nequit interesse?

Vel maximis est, pusilla res loco data. Solent dictiorum aliqui recepta consuetudine, certis temporibus eleemosynas distribuere, ut festis Na-  
tus aut Resurgens Christi diebus, aut Lunæ, Mercurii, Venieris, aut certis horis, manè, circa prandium. Extra ea tempora, nihil neque peregrinis, neque inquinili largiuntur. Clausa est janua, portæ omnibus obseratae, aures surdae & inexorabiles. Liberalitas laudanda; sed pace illorum dixerim; non ea quæ talibus cancellis est clausa. Nimirum mollescant teneri sumus, si non qualibet horâ genitus & vociferationes miserorum audire suffinemus. Tam angustis limitibus vera misericordia se claudi non parvit. Turpe prorsus & indignum est Christianis moribus, momento ullo tristem aspectum aut sterilem manum pauperis subterfugere. Isaia obtemperandum jubenti: Fran-  
ge esurienti panem tuam, & egenos vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum. Tunc panem frange, tunc hospitium præbe, tunc vestem expande, cum famelicum, cum teeto exclusum, aut male vestitum videris, non quando tibi commodum putaveris. Certas loci aut temporis leges non habet misericordia. Cum necessitas vocat, in subsidium accurrit, non fastos, non horologium consulit, non dies candidos, non nefatos, sed presentem inopiniam attendit. Non est vera liberalitas, quæ certis horulis arctatur. Non tamen improbamus largiores eleemosynas religiosioribus diebus, ubi sunt dies Veneris, Solis, festi dies alii, dummodo dies ceteros non ex leges misericordiae faciamus. Siracide illud, quod suprà copiosissim demonstratum est, ante omnia observandum: Cor in opere ne afflixeris, & non prostreras datum angustiante. Ne differ, ne procrastina; Da citiore, da sine morâ. Quæ lentiora sunt beneficia, hoc plerumque ingratioria. Prompta manus, cum stipe plena est, manus aurea, manus gemmea est. Mixtura pulcherrima, liberalitas & celeritas.

## §. VII.

S Ed & illud veræ liberalitatis indoles præstat, eleemosynas non nimis accurate numerat. Melania, in suo tempore feminæ laudatissima, cum Alexandriam profecta, ad Pambovem magni nominis senem pervenisset, trecentas argenti libras ei obtulit. Cum autem laudis aliqd aut faustæ preceptionis expectaret, diceretque: Scito, Domine, trecentas argenti libras hâc cistâ clausas. Mox eam Pambo vanæ sollicitudinis ingenuè noctans: Scito, inquit, & tu quoque filia, eum, cui hæc dedisti, non indigere tuâ commonitione: nec enim opus est, ut Deo eleemosynarum nostrarum numerum, pondus, pretium ita subtiliter ad calculos revo cemus. Qui montes lance ponderat, utique sciet etiam, quod hujus argenti pondus sit. Atque si quidem mihi hoc offerres, non absurdè pretium doni ac monetæ diceres: cum autem itud non mihi, sed illi offeras, qui duos nummulos auri acervo prætulit, tu jam tace, & quiesce.

Atque hoc est quod toties inculcat Chrysoftomus, eleemosynas largiter dandas; neque enim, ut ille iudicat, dicenda est eleemosyna, quæ fuerit parca. Quod Ecclæstias indicans sub imagine: Si, ait, repleta fuere rint nubes, imbre super terram effundent. Quisquis homi-  
num

num ut nubes in alto volat, & animo celum habitat, sat sibi dives, sat plenus est: omnia sibi à Deo esse, Deumque omnia solere largiter restituere non nescit, hinc uti prægnans aquarum nubes effundit pluviam, spargitque guttas nemini facile numerabiles. Quod avarus dat, hoc invito & reluctanti animo, hoc maligna & contraria, hoc compresæ manu portius exprimit, quam tribuit. Avarus nubes est, non ruaviter rorans, sed fulgurans, grandinosa, fulminans, quæ pauperes conuiciis & exprobationibus infundit ac dejectit.

Ad hanc largitionis cùm liberalitatem, tunc celeritatem spectat multiplex dandi modus, uti est: Non petentem, nec occurrentem vocare ac invitare; veniam occurtere. Salomone teste, *dives & pauper obvia-  
reunt sibi*. Non enim minori alacritate à divate pauper excipiendus, quām à paupere dives quærendus. Præterea de absentibus etiam bene merendum: & is subinde, qui alienam opem nec cogitat, nec sperat, anteverendum beneficentiæ. Dulcior ac pretiosior est eleemosyna, quo minoris stetit accipienti, cùm nec postulatione, nec precibus, nec expectatione suspensi animi est empta. Christiano sensu Seneca: *Melius est,  
qui inquit, occupare antequam rogemur. Quia cùm homini probo-  
ris & fogg.  
os concurreat, & suffundatur rubor; qui hoc tormentum  
in propria remittit, multiplicat munus suum. Non tulit gratis, qui cùm ro-  
gasset, accepit verbum molestum, onerosum, & demissu-  
tis verbis, dicendum, Rogo; nec res ulla carius conslat, quām que pre-  
cibus empta est. Ideo diuinanda cuiuscumque voluntas, & cùm  
intellectu est, necessitatæ gravisima rogandi liberanda est. Ser-  
vum beneficium dedit, qui roganti dedit. Illud beneficium jacundum  
videturumque in animo scias, quod obviuum venit. In aulis hoc  
nimis quām infrequens: delectat regiæ aut principaliæ potentiæ ministros morotatis suis longum spectaculum; ministris se judicant posse, nisi diu multumque singulis, quid poscent, ostentent. Pæne nihil confe-  
stum faciunt. Injuriae illorum præcipites, lentissima sunt beneficia. Aulas ingredere, dilatationes & procrati-  
finationes illuc cernes quotidianas, intuberas. Vos au-  
tem non sic. Non aportet, fratres mei, haec ita fieri. Alter filios suos erudit cælestis pater, qui non solum orationem conceptis verbis nitidam, non gemitus solum & lacrymas, sed ipsum etiam desiderium pauperum ex-*

Audit, imò ipsam indigentiam pro desiderio & prece habet.

Cum igitur hæc sciamus, aut certè si nesciamus, Daveniam, cùm hac centies & sexcenties occurrentur nescientibus, quid demum est caußæ, obsecro, quid eleemosynæ tam timida parcâque manu porrigitur? Hoc pluriū caußarum caput est, promissis Dei non creditio rationes. illud non expendimus. Cælum & terra transibunt, aliqua qua verba autem mea non præteribunt. Hinc oscitantia etiæ ad fidium & trepidatio. Hinc malum pecuniam non perdere, quām cælum tam vili emere, malum nostras nasci in- cistulas quām divinam gratiam augere, modo nunc nihil desiat, quidquid futura ferant secula. Ah fatui! animis infidilium & vel pidamus? E, quoties illud inculcandum? Sic dare, sexcenties, est accipere. Fidamus Deo, & audeamus; demus liberaliter, liberalissime recepturi millies plura, millies meliora. Hunc steriliissimum, imò & stultissimum timorem nostrum increpans Augustinus: *† Namquid perdes, ait, in thesaurario Christi ponens?* Nam pueri, unde sibi emant nefo quid, simul ac inveniunt numeros, in thesauri ponunt, & non aperiant nisi postea. Numquid quia non videtur quod colligunt, ideo perdidurunt? Noli timere. Ponunt pueri in thesauri, & securi sunt: ponis in manu Christi, & times? Esto prudens, & profice tibi in posterum in celo. Hoc multi cupiunt, pauci dicerunt, dum fementi par- dem fusiūs dicendum, fementi ne parce. Velim, noli per scripta, misericordius. Tibi ergo para viaticum, itineri tam prout res longo necessarium, imò prænitte in cælum, quod di- postulabat, ant libri ad manus erat. Extremæ stultitiae est hic aliquid rerum tuarum relinquere, quod tutò possis in cælum præmittere. Negas egenis sportulas & numulos? Haec valde di- redes inter plaus rapient totum, quod fuerit tuum verba, & non tu, sed male partum, idque ludis, epulis, se disjunctis, pompis consument. Tu tibi ipse propinquissimus es, tibis scripsi, te ipsum primò heredem scribe. Cælum hereditas praefixa, stupetissima, quia æternæ; modicis jam impediis emenda.

Cum ergo Veritas prædixerit: *Pauperes semper habebitis vobis, ergo iis semper benefaciamus. Sanguis Martyrum, semen Christianorum, pia liberalitas fæciet opum; donare Deo, est accipere.*